
GRAMMATICA

BREVI, ET PERSPICVA METHODO COMPREhensa, ad usum Collegij Romani, Societatis IESV.



PER P. IACOBVM LEDESMAM SOCIETATIS IESV.

Cum Licentia.

Bibliothecae Ser. Coll. Rom. Soc. Jesu








Neapoli Apud Iosephum Cacchium.
MDLXIX.



AD LECTOREM.

SI quis fortè miratur, cur post tot, tamque cælebres Grammaticæ scriptores, noua nunc Grammatica conscribenda fuerit, nostri facti rationem, atque consilium Lectori paucis aperiendum esse duximus. Fatemur quidem à plærisq; conscriptam, tum carmine, tum prosa, & uerbis, & ordine, & præceptorum concinnitate, ac perspicuitate, ut nihil amplius desiderari posse uideretur. Tamen multorum doctorum uirorum sentẽtia, nulla extat hucusque, quæ doctrinæ perfectionem, simul cum tradendi facilitate copulauerit, quoque digna habeatur, ut pueris ediscenda, cum magna præsertim eorum utilitate proponeretur. Hoc igitur nostrum fuit studium, si qua in re, publico possemus commodo consulere, ac in primis collegiis Societatis nostræ IESV, præsertim Romano, & studiosis qui nostræ fidei committuntur. Hac ergo de causa, id operis, Christo auspice, sumus aggressi, ipsiusq; beneficio tandem perfecimus, & in communem omnium utilitatem proponimus. Scopus autem hic nobis fuit, non ut omnia, quòd immensum fuisset, sed ut selecta & necessaria, &



maximè utilia iuuẽtuti instituendæ quã apertissima, & breuissima ratione, & uia conscriberemus: ita tamen, ut nihil ad eum finem, quem optabamus, deesset. Faxit Deus, & Dominus noster IESVS Christus, cui totus hic noster labor desudat, ut omnia in eius gloriam, & Societatis nostræ, & Ecclesiæ, ac adolescẽtum ipsorum utilitatem cedant. Amen.

Laus Deo, & Domino nostro IESV CHRISTO, *& Virgini sacratiß.* MARIAE, *matri eius gloriosißimæ.*
Amen.

DE GRAMMATICA, ET EIVS PARTIBVS.



GRAMMATICA EST ARS RECTE LOQVENDI, ET rectè scribendi.

GRAMMATICAE PARTES *sunt quatuor, Ortographia, Etymologia, Syntaxis, Prosodia.*

SCHOLIVM I.

Quid Grammatica sit, & cur tot eius sint partes, ac de earum ordine.



Mnis mentis nostræ cognitio, aut in sola rerum, & ueritatis contemplatione consistit, quæ speculatiua dicitur: aut practica est, ad opus scilicet uel actionem aliquam perficiendam destinata. In primo genere scientiæ omnes continentur, ut Philosophia, & Theologia: in secundo artes, quæ uidelicet aliquid agunt, uel operantur. Quarum aliæ Liberales, aliæ sunt Mechanicæ. Septem autem artes liberales connumeran-

tur; tres in sermone, aut ratione, ut Grammatica, Rhetorica, Dialectica. Quatuor reliquæ in rebus uersantur, Arithmetica, Geometria, Astrologia, Musica. Præter has autem sunt illæ aliæ dignitate longè inferiores, artes scilicet Mechanicæ, & illiberales, circa opera uiliora occupatæ.

Inter omnes artes liberales, prima discitur Grammatica, quæ linguam format. Est enim Grammatica Ars rectè loquendi; sicut & Rhetorica, ars ornatè loquendi: & Dialectica, ars rectè intelligendi; aliæ uero Artes rectè quippiam aliud agendi, uel faciendi. Etenim omnes Artes, aut internas mentis nostræ moderantur actiones; aut externas uocis, uel operis. Hæc ergo Grammatica, in uoce rectè loquendi docet formam: atque hinc etiam in scriptione uersatur; quód quæ loquimur, scribamus quoque. Sunt autem Grammaticæ partes quatuor, Orthographia, Ethymologia, Syntaxis, Prosodia.

Si quis autem nosse cupit, cur hæ, totque sint Grammaticæ partes: curque hoc tradātur ordine, sic accipiat. Prius in sermone necesse est formare literas, & uoces, quod docet Orthographia, rectaque pronuntiandi ratio. Nam aliter nusquam esset, de quo Grammatica disputaret. Oportet enim prius materiam esse subiectam, quā tractet; prius inquam rem esse, & fieri. Deinde illa subiecta, eius proprietatem, naturamque uidere, oportet. Hoc ergo primum præstitit Orthographia. Et sanè, si multa tractanda sint, res uè subiecta sit composita; de simplicibus prius (si rectum naturæ ordinem spectemus) deinde de compositis, est agendum.

Quæ ergo proferimus, & scribimus sunt hæc: literæ,

syllabæ, dictiones, orationes. Ex literis enim primis omnium elementis syllabæ: ex syllabis dictiones; ex dictionibus (quæ orationis sunt partes) oratio ipsa consurgit. Igitur Etymologia in illis prioribus, ac simplicibus tota consumitur; literis, syllabis, ac dictionibus, octo uidelicet orationis partibus; earum accidentia, uim & naturam ostendens. Orationis uero ipsius congrua constructio, ad syntaxim spectat; quæ si pedibus, & numeris sit astricta, ad Prosodiam attinet. Est enim oratio duplex, altera soluta, altera astricta numeris. At Grammatica intra metas orationis congruæ se continet. Ornatum Orationis sibi Rhetorica uendicauit. Atque hæc est harum Grammaticæ partium, & earum ordinis ratio, & causa.

Igitur si naturæ ordinem sequeremur, prius esset tradenda Orthographia, & quidem plenè ac perfectè tota: deinde Etymologia; postea Syntaxis uniuersa, & Prosodia; quo illas, scilicet ordine numerauimus. Sed quoniam doctrinæ ordine á facilioribus incipiendum, & notioribus; Ideó ex istis singulis, facillima quæque primò loco tradenda sunt. Sic pueri prius docentur legere, & scribere, immo, & ab ipsis nutricibus uoces prius formare discunt, quæ sunt Orthographiæ prima, & minimè difficilia. Eodem modo ex Etymologia primo inflectendorum nominum, & uerborum formæ traduntur, & octo partium orationis accidentia faciliora, & necessaria; mox docentur partes inter se connectere; (quas concordantias uocant) quæ iam Syntaxis sunt initium, & orationis. Atque hæc omnia prima Rudimenta Grammatices appellamus.

Post hæc Grammatices ipsius difficiliora traduntur: quæ sola Grammaticæ nomine, quasi per Antonomasiam nuncupari solent Atque hæc rursus simili modo à facilioribus gradum semper ad difficiliora faciendo. Primo itaque ad Syntaxim, sed compendiaria ratione, & puerili modo, deinde uberius ad elegantiam. Rursus quæ ex Etymologia supererant grauiora, puta de generibus nominum, & declinationibus, & uerborum præterit is, ac supinis. Tertio loco de Orthographia pauca quædam; postremo de Prosodia tum faciliora, quæ sint satis ad componenda carmina: tum ad elegantiam. Atque hic est ordo, quem sequimur in his tradendis.

SCHOLIVM ALTERVM.

Qua ratione tradenda sint, & conscribenda præcepta Grammatices, cum exhortatione ad studiosos.

NVnc autem de ratione ac uia, qua hæc tractamus, nonnulla demonstranda uidentur. Qui consultum maximè esse cupiunt studiosis, & eorum utilitati, ac temporis breuitati; paucissima esse præcepta uolunt, reliqua exercitationi & authorum lectioni relinquunt, nec desunt, qui uel nulla esse precepta potius uelint; sed usu solum latini sermonis, lectione authorum, & scriptione tantum addiscendum existiment. quemnadmodum uulgares nunc linguas discimus, & olim Latini latinam, & Græci, græcam; quamuis Quintiliani tempore, iam aliqua fuerint præcepta. Alij contrà, Paulo plura præcepta potius studiosis proponenda censent; nec usu omnia tuto commit-

ti posse; sed certam haberi oportere regulam, quam scho=lastici sequantur. At in utroque non parum est periculi, *nè uidelicet uel nimium immorentur ob multitudinem præceptorum, & puerorum ingenia obruantur; uel contra sine præceptis, quæ satis sint, labi facilè in barbarismos & solœcismos contingat; nec se emendare possint, aut sciant lapsi; aut pro certo quicquam statuere; ut ijs accidit frequenter, qui solo usu didicere, præterquam, quod cum hodie latini usus sermonis sit rarior, quam olim, cum uulgo omnes loquebantur; necesse est præceptis aliquibus, id nunc studiosi consequantur, quod frequentiæ ipsius usus deest.* Oportebit itaque medium tenere. *Est enim, ut inquit ille, modus in rebus, &c.* Præcepta *itaque necesse est conscribantur aliqua utilia, & necessaria, sed resecentur superflua.*

Hæc porrò alij carmine scripserunt, ut memoria facilius retinerentur præcepta; Alij *prosa potius, ut facilius intelligerentur; nam carmine tradi solent aridius & obscurius. Sunt & qui aliquas* Grammaticæ *partes carmine, alias prosa scripserint, prout rei natura postulare illis uidebatur.*

Nos *uero sic arbitramur.* Grammaticam *prosa oratione pueris pluribus de causis tradendam esse, primo quia carmine obscuriora fiunt præcepta, & hemistichijs carminum sæpe truncantur & lacerantur; ut pueri intelligentia non parum perturbetur; & noua præterea indigent paraphrasi, quam addiscant pueri cum temporis iactura non parua.* Prætcrea *prosa potius iudicium exercetur, & adhibetur maximè; carmine nuda potius uerborum, & sine sensu plærumque, memoria retinetur. immo uerborum ipsorum, paulo post tempore, quamtumuis magna præces=*

ſerit exercitatio, ut experientia comperimus, facile obliui ſcimur. At rerum quàm uerborum diuturnior eſt, & facilior, utiliorque memoria; quód melius proſa quàm carmine aſſequimur. Accedit ad hoc, ſi omnes omnes Grammaticæ partes carmine eſſent conſcribendæ, nimis multa oportere ſcribi carmina; ut nullus ea, uel diſcere, uel memoria retinere poſſet. Atque ut ommittamus alias Grammaticæ partes; ipſa Syntaxis, quæ omnium eſt præcipua, & finis aliarum, ſcripta carmine, inepta prorſus eſt ad compoſitionem; ut experientia quoque oſtendit; immo nocet quodammodo ad proſæ compoſitionem. Ne interim dicamus, aridiora, & ieiuniora eſſe carmina, & poeſim, quàm ut multa patiantur, prout rerum natura poſtulat, efferri.

Vna ſola uidetur in his carminum commoditas, ad retinendas uidelicet ad uerbum ipſas uoces: atque ideo, ubi nomina quædam erunt memoria conſeruanda, ut in exceptionibus Generum, & præteritorum accidit; eas carmine conſcribi, fiat utile, quod & fecimus: cætera longê utilius Oratione proſa diſcuntur. Igitur nos hunc morem præſtantiſſimorum grammaticorum, præſertim Italorum, & libenter probauimus, & ſequuti ſumus.

Rurſus aliqui nuda præcepta, alij etiam commentaria, & breuia, & longiſſima addidere, alij ſe rudioribus accommodarunt, alij doctioribus illi quidem, diſcipulorum tãtum utilitatem ſpectantes; Hi artis ipſius perfectionem, & magiſtrorum pleniorem eruditionem.

Quorum omnium ſtudium uarijs de cauſis puto fuiſſe laudabile. Cæterum finis hic nobis propoſitus fuit, non ut omnia Grammatices præcepta (quod eſſet immenſum) ſed ut optima quæque, & maximè utilia, ac neceſſaria iuuen=

tuti instituendæ; quanta fieri posset breuitate & perspicuitate traderemus, idque quò facilius a pueris & memoriæ mandari, & mandata intelligi, & intellecta retineri, minori cum negotio, & labore possent. Ex omnibus igitur *grammaticæ scriptoribus commodißima quæque, quæ in unoquoque excellere putauimus, selegimus; ordinemque in ijs contexendis rectum (ut arbitramur) adhibuimus. Hæc enim tria spectauimus, totisque ad id uiribus contendimus, ut consectaremur primo breuitatem, deinde facilitatem, & perspicuitatem, ac denique ordinem, &* Methodum, *ita tamen, ut ex necessarijs & utilibus ipsis scholasticis nihil deesset. ac sanè, ut de cæteris taceamus, ordinem & methodum nostro possumus iure uendicare.*

Addita etiã sunt scholia quarundam rerum minus quidem necessariarum, tamen utilium; & quæ tum magistro, tum discipulis iam prouectioribus usui esse poßint. Con*scripsimus quoque seorsum; præter ipsum* Grammaticæ *compendium, tum* Syntaxim *pleniorem, quæ tota est ad elegantiam comparata, tum de* Arte Metrica *pleniorem tractationem ad elegantiam similiter carminum, quód non possent tenera puerorum ingenia tot, & tam multa, tamque ardua, & difficilia simul capere, cuius consilij causas, & utilitates, cum de illis agimus, satis exposuimus:*

Iam igitur opus ipsum aggrediamur, si prius tamen unius rei utilißimæ, & maximè necessariæ studiosos omnes, quam quidem ipsorum mentibus altius infigendam cupimus, admoneamus. Vt uidelicet meminerint; Scientias omnes ex Deo*; ut a primo omnis ueritatis fonte, ac principio, ortum habere: & ad ipsum tanquam ad finem ultimum esse referendas. idque, ut sciant; & a quo eis sint*

impetrandæ, & cui, poſtquam didicerint, agendæ ſint gratiæ. Quamobrem, ſi quis uberes in ſcientia fructus facere deſiderat cum Deus omnium largitor ſit numerum; nil ſibi antiquius putet; quàm ut diuinum Dei Optimi & Maximi auxilium ante omnia imploret; ipſumque bonis operibus reddat placatum, atque beneuolum. Ab ipſo deinde, tum ſcientiam, tum cætera naturæ, ingenij, memoriæ, ac iudicij dona, & ſperare, & ſummis humilibusque precibus efflagitare licebit, qui dat omnibus affluenter (ut ait D. Iacobus) & non improperat. Puritatem itaque uitæ, & animi primum, qui ſcientiam cupit, conſeruet; ſapientiam Aeternam, filium Dei uiui aſsiduê inuocet; Virginemque eius matrem MARIAM glorioſisſimam frequenter obſecretur; Sanctos, & Angelos oret ſolicitè, ut ſe illuminent, & adiuuent. Nam in maleuolam animam (ut ait Salomon) non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis, & eſſet prætereа ſcientia in malis mentibus uenenum. Scientiæ enim, & Artes omnes, maximè liberales pietati debent inſeruire, Dei laudi, & gloriæ, & animarum tum noſtrarum, tum aliarum, ſaluti: ut ad eum finem, & originem, unde profluxerunt, referantur, ac redeant. ſicque cum pietate coniunctæ ſuum finem aſſequantur. Atque huius rei, ut poté primæ & maximé neceſſariæ, ante omnia, ſtudioſos omnes admonitos uoluimus; primumque hoc noſtrum, ſciant eſſe ſummumq; præceptum, ut Deum ſemper præ oculis habeant. Sic autem diſcipulorum animis affectis fœlicem omnia progreſſum habitura confidimus.

Quare poſt prima Grammatices rudimenta, quæ primo loco diſcenda ſunt, ad Syntaxim Chriſto duce, & auſpice accedamus.

SYNTAXIS FACILI ET BREVI METHODO, RVDIORIBVS ACCOMMODATA.



Concordantiarum Regulæ generales.

1 
OMEN, *ſeu nominatiuus cum uerbo conuenit in duobus, ſcilicet in Numero, & Perſona, ut ego audio, tu doces.*

Adiectiuum cum ſubſtantiuo concordat in tribus; in Caſu, Genere, &

2 *Numero. ut Mundus miſer uita noſtra tempus amiſſum. Eſt autem Adiectiuum triplex, Nomen, Pronomen, & Participium.*

3 *Relatiuum, & Antecedens conuenire debent in duobus, in Genere, & Numero. ut accipi tuas literas, quæ fuerunt mihi iucundæ.*

4 *Interrogatiuum, & Reſponſiuum conueniunt in uno tantùm ſcilicet in Caſu, ut quis eſt ſalutis generis humani author? Chriſtus. Cui te deuouiſti? Virgini Mariæ.*

5 *Quotieſcunque duo nomina ſubſtantiua ad res diuer*

ſas pertinentia ponuntur in oratione ſine coniunctione, alterum erit Genitiui caſus ; ut amor Dei, uox præceptoris, epiſtola Ciceronis. Si ad eandem rem pertinent, erunt eiuſdem caſus; ut M. Tullius, urbs Roma: Atque etiam ſi ponuntur cum copulatiua coniunctione, erunt quoque eiuſdem caſus; & uno plurali æquiualent; ut Petrus, & Paulus Apoſtoli.

6 Quotieſcunque duo uerba ponuntur in oratione ſine coniunctione, poſterius debet eſſe infiniti modo ; ut uolo ſalutare Beatam Virginem.

De conſtructione Verborum.

Omne uerbum perſonale finitiui modi requirit ante ſe Nominatiuum eiuſdem numeri & perſonæ, ut ego ſcribo, tu canis, uos luditis.

Omne uerbum perſonale infiniti modi uult ante ſe Accuſatiuum loco Nominatiui ; & poſt ſe eundem caſum, quem uerbum finitum, a quo deſcendit ; ut te timere mortem.

De verbis Actiuis.

Verbum actiuum eſt, quod deſinit in o, & habet paſſiuum in or, ut amo, amor.

Omne uerbum actiuum regit ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe accuſatiuum patientem; ut ego expeto uirtutem.

Verborum actiuorum ſunt ſex ſpecies, uidelicet, uerba actiua Simplicia, Poſſeſſiua, Acquiſitiua, Tranſitiua, Effectiua, Separatiua.

PRIMA SPECIES.

Accusatiuus tantum post verbum.

Actiua uerba simplicia requirunt ante se nominatiuum agentem, & post se Accusatiuum tantum, & ideo simplicia dicuntur; ut ego amo Deum.

Amandi.

Amo as aui atum
Diligo is xi lectum, per amare.

Sentiendi, & intelligendi.

Sentio is sensi usum per sentire
Video es uidi uisum per uedere.

Loquendi aliqua.

Lego gis gi lectum per legere
Canto as taui tatum per cantare
Voco cas caui catum per chiamare.

Item agendi aliqua.

Ago agis egi actum per operare
Incipio pis cepi ceptum per cominciare.
Perdo dis perdidi perditum per perdere.

Aliæ quinque ſpecies poſt accuſatiuum regunt etiam alios caſus, & hæc primæ ſpeciei nonnumquam quoque.

SECVNDA SPECIES.

Genitiuus, vel Ablatiuus vltra accuſatium.

Actiua poſſeßiua poſt accuſatiuum exigunt Genitiuum, uel Ablatiuum ſine præpoſitione, ut ego emi librum duobus ſoſtertijs, quinque denarijs, uel pluris.

Nomen precij ponitur in ablatiuo, exceptis genitiuis, tanti, quanti, magni, maioris, parui, minoris, maximi, minimi, multi, pluris, & plurimi cum compoſitis, tantidē, quanticumque, &c. ut, tanti librum emi, aſſe emi.

Sic nomina criminum propria in genitiuo, ut furti te accuſabo, communia uero, & pœnæ ſæpius in ablatiuo, ut iudex damnabit te tuo ſcelere. Damnauit capite.

Poſsidendi.

Poſſideo des ſedi ſeſſum per poſſedere
Habeo bes bui bitum per hauere.

Aeſtimandi.

Aeſtimo ma, maui matum per eſtimare
Pendo pendis pependi penſum per pagare
& facio, in hac ſignificatione.

Emendi vel vendendi.

Emo mis emi emptum per comprare
Vendo dis uendidi ditum per uendere.

Accusandi.

Accuso sas saui satum per accusare
Arguo is gui ..gutum per riprendere.

Damnandi, & Absoluendi.

Damno nas naui natum
Condemno nas naui natum per condennare.

Monendi.

Moneo nes nui nitum
Admoneo nes nui nitum per ammonire.

Et aliquando habet alterum accusatiuum, ut ea me monuit.

TERTIA SPECIES.

Datiuus vltra accusatiuum.

A*ctiua acquisitiua post Accusatiuum uolunt Datiuum; ut Deus dat ueniam petenti. Is cui aliquid acquiritur, ponitur in Datiuo.*

Acquirendi.

Acquiro ris siui situm per acquistare.

3. Reuẽdo diuẽdo uenundo, redimo, loco conduco.
4. Reprehẽdo, incuso increpo taxo noto: insimulo, defero, obiurgo, corripio, sugillo.
5. Mulcto, absoluo, libero, purgo expurgo.
6. Commoneo, cõmonefacio.
1. Comparo, quæro, conquiro, congrego, accumulo, sumo fœnero cõcilio eligo, deligo, numero, adscribo, uẽdico.

Paro ras raui ratum per apparecchiare

Dandi, & promittendi.

Do das dedi datum

Tribuo is tribui butum per dare

Promitto tis misi missum per promettere.

Narrandi, seu nunciandi, & declarandi.

Narro ras raui ratum per narrare

Dico cis dixi dictum per dire.

Declaro as aui atum per dichiarare.

Imperandi, & prohibendi.

Impero ras raui ratum

Præcipio pis cepi ceptum per comandare

Prohibeo bes bui bitum per uetare.

Hæc quinque, augeo, conduplico, dono, impertio, accumulo possunt etiam construi cum Ablatiuo post Accusatiuum, ut ego donaui librum tibi, & te cicuta donabo.

QVARTA SPECIES.

Accusatiuus duplex rei, & personæ.

Actiua transitiua accusatiuum alterum habent, ut ego doceo te grammaticam. Sic dicta, quia actiua constructio accusatiui transit à persona in rem.

2. Confero dono, exhibeo. præsto spōdeo, addo, reddo, repēdo, soluo, dissoluo: restituo remitto, mutuo cō modo. 3. Declaro explico: expono enucleo, manifesto pspicuum facio significore uelo, demōstro, pnuncio, assero, affirmo, respōdeo: renuncio, dico tibi, scribo tib', & ad te: ac, rescribo iudico, refero. 4. Comito mādo iniungo, edico.

Rogandi, seu petendi, & interrogandi.

Rogo gas gaui gatum
Oro ras raui ratum per pregare.
Interrogo as gaui gatum
Peto tis tiui titum per dimandare.

Dicimus tamen frequentius peto à te, & quæro ex te.

Docendi.

Doceo ces cui doctum per insegnare
Erudio dis diui ditum per erudire.
Et hoc uerbum cælo las laui latum per occultare.

QVINTA SPECIES.

Ablatiuus vltra Accusatiuum.

Actiua effectiua post accusatiuum ablatiuum sine præpositione asciscunt causæ, uel eius, quo aliquid fit, ut ego spolio te ueste; ego scindo calamum cultello.

Nomen causæ, aut instrumenti, aut modi actionis ponitur in ablatiuo post quoduis uerbum; ut scribit calamo, pingit pennicillo, magna celeritate negocium perfecit.

Efficiendi, aut destruendi.

Facio cis feci factum per fare
Efficio cis feci fectum per fare perfettamente
Extruo is truxi extructum per edificare.

pmitto, interdico, ueto. 1. Obsecro peto: posco postulo: flagitto: exposco; exigo: quæro, inquiro, requiro, exquiro. 2. Edoceo: dedoceo. 1. afficio, reficio, conficio inficio, etc. edifico scido, seco: suo, cōsuo, dissuo, texo retexo, sarcio, resarcio: cōpigo efingo, calefacio, frigefacio, uro, perbero, percutio, lacero, pungo, destruo.

3. Exorno decoro, honesto, iquinomaculo, fœdo, item munio, armo: instruo corroboro firmo, confirmo, stabilio fortifico.
4. Expleo repleo exoriero, leuo, ingurgito: uacuo euacuo: sartio, fundo, effundo, infundo, dito locupleto.
5. Alo, cibo, poto, educo, sagino: lacto: satio, saturo.
1. Segrego euello, diuello, mo= ueo, dimo=

Spoliandi, & vestiendi.

Spolio	as	aui	atum	
Exuo	is	xui	xutum	per spogliare.
Vestio	tis	tiui	titum	per uestire.

Ornandi, & roborandi.

Orno	nas	ornaui	natum	per ornare.
Fulcio	cis	ciui	citum	per sostentare.

Implendi, & onerandi.

Impleo	ples	pleui	pletum	
Imbuo	buis	bui	butum	per empire.
Onero	ras	raui	ratum	per caricare.

Nutriendi.

Pasco	pascis	paui	pastum	per pascere.
Nutrio	tris	triui	tritum	per notrire.

Hæc sex uestiendi, exuo, induo, uestio, amicio, calceo, cingo, loco ablatiui, alterum possunt etiam habere accusatiuum, ut induit se uestem uel ueste.

SEXTA SPECIES.

Ablatiuus cum præpositione à, uel ab, vltra accusatiuum.

Actiua separatiua post accusatiuum uolunt ablatiuum cum præpositione à, uel ab, ut nemo me separabit à fide catholica.

Remouendi, & separandi.

Remouo es moui motum per rimouere
Separa ras raui ratum per separare
Diuido dis uisi diuisum per diuidere.

Accipiendi, seu Recipiendi.

Accipio pis cepi ceptum
Recipio pis cepi ceptum per riceuere
Haurio ris hausi haustum per cauare
Sumo mis sumpsi sumptum per pigliare.

Omnia actiua cuiuscunque speciei cum solo accusatiuo poni possunt.

ueo, amo-ueo, eijcio: reijcio, de-tereo: auer to, desedo. 2. Capiosu scipio, cri-pio: aufero impetro. disco, intel ligo & au dio.

DE VERBIS PASSIVIS.

VErbum passiuum est quod desinit in or, & uenit ab actiuo in o, addito, r, ut amor ab amo.

Omne uerbum passiuum uult ante se nominatiuum patientem, & post se ablatiuum agentem, cum praepositione à, uel ab. ut Deus amatur à me.

Cûm oratio conuertitur ex actiua in passiuam, Accusatiuus actiui uertitur in passiuo in nominatiuum, & nominatiuus in Ablatiuum cum praepositione á, uel ab.

Et in unaquaque specie alius casus debet manere eo-dē modo, sicut in actiuo, â quo descēdit, ut ego colo Deum, & Deus colitur à me, ego emo librum duobus ducatis, uel pluris, liber emitur à me duobus ducatis uel pluris; sic, uenia datur à Deo petenti, tu doceris à me grammaticam, tu spoliaris à me ueste, ego à nemine separabor á Christo.

Sunt autem eædem species, quæ Actiuorum.

1. species Amor aris amatus sum per esser amato
Intelligor eris lectus sum per esser inteso.
Legor geris lectus sum per esser letto.
Rogor geris atus sum per esser pregato.

2. species Poßideor, emor, uendor, æstimor, accusor, absoluor, damnor, moneor.

3. species Acquiror, donor, imperor, prohibeor, nuncior, declaror.

4. species Rogor, interrogor, doceor,

5. species Efficior, spolior, uestior, impleor, pascor, oneror, nutrior.

6. species Separor, Remoueor, Accipior.

DE VERBIS NEVTRIS.

Verbum neutrum est quod desinit in o, & non habet paßiuum in or, ut Noceo.

Neutrorum sunt septem species, uidelicet Neutria similium Copulatiua, Poßeßiua, Acquisitiua, Transitiua, Effectiua, Neutra paßiua, & Absoluta.

Omne uerbum Neutrum uult ante se nominatiuum agentem, præter Neutra paßiua, paßiuam significationem habentia, quæ uolunt nominatiuum patientem.

PRIMA SPECIES.

Nominatiuus post verbum.

NEutra similium copulatiua requirunt nominatiuum post se, sicut etiam ante se, & ideo ap-

pellantur similium copulatiua, ut IESVS *est amor meus.*

substantiuum verbum, & uim substantiui habentia id, est significantia rei existentiam. 1. *Maneo.*

Sum	*es*	*fui*	*per essere*
Existo	*existis*	*extiti*	*per stare*
Sto	*stas*	*steti atum*	
Viuo	*uiuis*	*uixi*	*per uiuere.*

Ortum, & interitum significantia.

2. *Desino, intereo, obeo: deficio pro intereo: occido penultima correpta 1. cado.*

Pereo peris perij per perire.
Fio fis factum sum per esser fatto.

Huius speciei uerba, nonnunquam sunt quintæ uel septimæ.

SECVNDA SPECIES.

Genitiuus, vel Ablatiuus post verbum.

NEutra possessiua asciscunt genitiuum post se, uel Ablatiuum sine præpositione, ut egeò, & indigeo pecuniarum, uel pecunijs.

Cætera uerba copiæ, uel inopiæ ablatiuum tantum: & satago genitiuum.

Memini uero per ricordarsi, genitiuo uel accusatiuo iungitur, per far mentione, genitiuo, uel ablatiuo, cum de, ut memini huius rei, uel de hac re.

1. Obsecundo, inseruio, deseruio, ministro, morigero, parco, aßurgo indulgeo, parcoigno sco. 2. Obsisto, occurro resisto, insulto, succenseo, assentio, dißentio annuo cedo tibi, haereo, adhaereo, satisfacio. 3. Obsum, desum cõmodo incõmodo, caueo, succaneo, subuenio, fauceo. 4. Incumbo, insudo: inuigilo.

Verba copiae, & inopiae.

Egeo eges egui careat supinis per hauer bisogno
Indigeo ges gui caret supinis.
Careo res carui caritum, uel cassum per mancare
Abundo das daui datum
Affluo fluis fluxi fluxum
Exubero ras raui ratum per abondare
Scateo tes per bullire
Item, satago, tagis, tegi sine supino, per esser diligente.

TERTIA SPECIES.

Datiuus tantum post verbum.

Neutra Acquisitiua post se uolunt Datiuum eius, cui aliquid acquiritur, ut auarus seruit pecuniae.

Seruiendi, & obsequendi.

Seruo uis uiui uitum per seruire
Obtempero ras raui ratum per condecendere.
Pareo res rui caret supino
Obedio dis diui ditum. per obedire

Repugnandi.

Repugno gnas graui gnatum per repugnare.
Obsto obstas obstiti per impedire.
Consentio tis sensi sensum per consentire.

Commodum, & incommodum significantia.

Noceo ces cui citum per nocere
Prosum prodes profui per giouare.

Studium aliquod significantia.

Studeo des dui caret supino per studiare
Vaco cas caui catum per attendere.

QVARTA SPECIES.

Accusatiuus tantum post verbum.

N*Eutra Transitiua, id est actiuam significationem habentia regunt post se Accusatiuum: ut ego aro terram, & habent passiuum in tertijs tantum personis in utroque numero; ut terra aratur, & terrae arantur.*

Excolendi terram.

Aro ras raui ratum per arare
Sero ris seui satum per seminare
Insero ris seui situm per inestare.

Comedendi, & bibendi.

Comedo dis medi mestum per mangiare
Poto tas taui tatum
Bibo bis bibi bibitum per beuere.

1. Sarrio, dolo, terebro, puto, incido, reuoluo, semino, fodio occo meto trituro, uentilo: glomero, uindemio cōsero 2. Prādeo, ceno, edo, mādo, sorbeo, pregusto, coquo: excoquo, decoquo, concoquo, digero. itē pinso: asso: cōdio oleo redoleo: subolco, adoleo.

SEXTA SPECIES.

Ablatiuus cum præpositione à, uel ab.

Neutra paßiua uolunt post se Ablatiuum agentem cum à, uel ab, & ante se Nominatiuum patientem sic dicta quia habent significationem, & similiter constructionem uerborum paßiuorum, ut ego uapulo à præceptore.

Dicitur tamen exulo de loco, ut exulo Roma, à patria, uel in loco, ut exulat Romæ, Neapoli, idest, est ibi exul.

Neutra significationem pasſiuam habentia.

Vapulo las laui latum per esser battuto
Veneo nis niui uenum per esser uenduto
Exulo las laui latum per esser bandito
Liceo ces cui citum per esser aprezzato
Fio fis factus sum per esser fatto, cum suis compositis.

SEPTIMA SPECIES.

Ablatiuus cum præpositione, uel accuſatiuus cum præpositione.

Neutra absoluta suscipiunt post se Ablatiuum cum præpositione, uel accusatiuum cum præpositione loci uel temporis; sine præpositione uero nullum

regunt casum, & ideo absoluta dicuntur; ut animus euolat ad cœlum; corpus manet in tumulo.

Præterquam in nominibus urbium, & alijs aduerbialiter positis; ut ego uiuo Venetijs; tu Romæ habitas; hic humi iacet; ille rure uenit &c.

Significantia motum.

Eo	*is*	*iui*	*itum*	*per andare*
Venio	*nis*	*ueni*	*uentum*	*per uenire.*

Significantia quietem.

Sto	*stas*	*steti*	*statum*	*per stare*
Maneo	*nes*	*mansi*	*mansum*	*per restare.*

Significantia situm & gestum corporis.

Sedeo	*des*	*sedi*	*sessum*	*per sedere*
Iaceo	*ces*	*cui*		*per giacere.*

significantia distantiam.

Disto	*stas*		*per star lontano*
Absum	*abes*	*absui*	*per esser absente.*

Omnia uerba huius speciei, idest, significantia motum, quietem, situm, distantiam, possunt quoque similes casus copulare ante se, & post se, sicut uerba similum copulatiua; ut ambulo rectus; iaceo supinus; maneo immobilis.

1. Vado, tendo, transeo abeo, exeo redeo, remeo, ꝑgo, incedo, ambulo: deambulo, uolo, repo: nato: quadrupedo, succusso, pergo, propero, festino, curro, cado, salto. Item bio, tußio, oscito, cresco, uiuo, uigilo.

2. Specto, resideo, habito, quiesco, pernocto, sterto, dormio, lateo, et hoc me latet.

3. Sto, surgo, accubo recubo.

4. dissideo

DE VERBIS COMmunibus.

Verbum commune est quod desinit in or, & habet simul actiuam, & paßiuam significationem ; ut largior.

Omne uerbum commune in actiua significatione habet constructionem actiuorum ; in paßiua paßiuorum ; ut nos ueneramur Deum, *& sanctos, & à nobis uenerantur.*

Largior giris gitus sum per donare, & esser donato.

Experior riris expertus sum per esperimentare, & esser esperimentato.

Veneror raris ratus sum per uenerare, & esser uenerato.

Item osculor, amplector, hortor, criminor, interpretor, moror, hospitor.

Largior præter accusatiuum habet datiuum. Criminor, genitiuum. Hortor alterum accusatiuum, cum præpositione, ad.

DE VERBIS DEPOnentibus.

Verbum Deponens *est quod desinit in or, & non fit ab actiuo in o, & habent unam tantum significationem, uel actiuam, uel paßiuam, ut sequor, orior, obsequor.*

Eius species sunt septem, scilicet Deponentia *similium* Copulatiua, *poßeßiua, acquisitiua, transitiua, effectiua, paßiua absoluta.*

Omnes hæ species construuntur omnino sicut Neu*tra eiusdem nominis, & easdem pené habent significationes.*

Omne uerbum Deponens *uult ante se* Nominatiuum

agentem, præter Deponentia passiua, passiuam significationem habentia, quæ uolunt nominatiuum patientem.

PRIMA SPECIES.

Nominatiuus post verbum.

Deponentia quædam possunt ante se, & post se habere nominatiuum, sicut neutra similium copulatiua, ut oritur homo pulcher, sed moritur deformis, grassor armatus.

Ortum, ac interitum significantia, & motum.

1. Orior, exorior, emorior, proficiscor, gradior cũ cæteris.

Morior eris mortuus sum per morire
Nascor eris natus sum per nascere.

Possunt tamen hæc habere alios casus, et tunc sunt sextæ, uel septimæ speciei.

SECVNDA SPECIES.

Genitiuus, vel Ablatiuus tantum post verbum.

Deponentia Possessiua Genitiuum post se, uel Ablatiuum postulant sine præpositione; ut ego utor uirtute, & misereor tui.

Sed ex ijs, Genitiuum tantum uolunt misereor; & miseresco, ut tantorum IESVS *miserere laborum; aliqua Genitiuum, uel Accusatiuum, ut uerba memoriæ, sci-*

licet memoror recordor, obliuiscor, reminiscor mortis.

Aliqua Ablatiuum tantum, scilicet uerba utendi, & fruendi.

Vtendi.

Vtor eris usus sum per usare
Fungor geris functus sum per usare officio, ò dignità.
Abutor eris abusus sum per usare in mala parte.

Fruendi.

Fruor eris fructus sum uel fruitus per godere.
Vescor eris sine præterito, & supino per usar cibi, & mangiare.
Potior ris potitus sum per ottener cosa desiderata.

Dicimus etiam potitus sum huius rei, hanc rem, & hac re.

TERTIA SPECIES.

Datiuus tantum post verbum.

Deponentia Acquisitiua uolunt post se Datiuum, cui acquirunt ut angeli auxiliantur nobis.

1. Morigeror, blandior, gratulor, famulor, dñor.

seruiendi, & Obsequendi.

Obsequor eris obsecutus sum per compiacere
Adulor aris adulatus sum per adulari

Ancillor laris latus sum per seruire.

Repugnandi.

Refragor garis gatus sum per contradire.
Aduersor aris atus sum per contrariare.

Commodum aliquod, uel incommodum significantia.

Auxilior aris atus sum per dar soccorso
Opitulor laris latius sum per aiutare.

Promittendi, & confitendi.

At promittendi, & confitendi possunt etiam habere præter datiuum, accusatiuum, sicut actiua, confiteor Deo *et Sacerdoti peccata mea, pollicetur nobis montes aureos.*

QVARTA SPECIES.

Accusatiuus tantum post verbum.

DEponentia Transitiua asciscunt post se Accusatiuum, ut ego sequor Christum.

sequendi, ac persequendi.

Sequor eris cutus sum per seguire
Persequor eris cutus sum per perseguitare.

2. Reluctor insidior.
3. Medeor medicor, fœneror, patrocinor suffragor.
4. Fateor, profiteor, stipulor, astipulor, testificor, testor, mentior, minor, comminor
2. Subsequor, præstolor operior, comitor, subsequor, imitor, æmulor, prosequor, aggredior, insequor, prædor, populor, molior, demolior, ulciscor.

Lucrandi, & adipiſcendi.

Lucror aris cratus ſum per guadagnare
Superlucror aris cratus ſum per auanzare.

Opinandi, & meditandi.

Opinor aris atus ſum per penſare
Suſpicor aris atus ſum per hauer ſoſpitione.

QVINTA SPECIES.

Ablatiuus tantum poſt verbum.

DEponentia Effectiua poſt ſe regunt Ablatiuum cauſæ ſine præpoſitione, ut ego lætor tam iucundo nuncio. Ponuntur etiam hæ cauſæ in accuſatiuo cum præpoſitionibus, ob, aut propter, & in ablatiuo aliquando cum præpoſitione, præ, ex, de, & ſimilibus, ut in neutris diximus.

Affectionem, ſeu paſsionem animi ſignificantia.

Lætor aris atus ſum per rallegrarſi
Delector aris atus ſum per dilettarſi
Triſtor aris atus ſum per attriſtarſi.

Affectum, ſeu paſsionem corporis ſignificantia.

1. Sortior, aſſequor, conſequor: aucupor, adipiſcor, mercor, uenor, nanciſcor, mereor, furor. 3. Reor, arbitror, auguror, uaticinor, ſcrutor, meditor, contemplor. 1. Glorior, uerecundor, oblector, ſtomachor: conqueror lachrymor collachrymor, illachrymor, queror, cachinor.

2. Crapulor ꝫ bacchor. Expergiſcor eris experrectus ſum per riſuegliarſi.

SEXTA SPECIES.

Ablatiuus cum præpoſitione á, vel ab.

Deponentia paßiua aſciſcunt poſt ſe Ablatiuum agentem cum á, uel ab, & ante ſe Nominatiuum patientem, ſic dicta quia habent ſignificationem, & ſimiliter conſtructionem uerborum paßiuorum, ut omnia uitia oriuntur ex otio.

Naſcendi.

Orior riris ortus ſum
Naſcor eris natus ſum per naſcere
Renaſcor eris renatus ſum per ritornare, á naſcere.

At patior poteſt etiam habere accuſatiuum, ut patior ingentes dolores, famem, ſitim; paſſus eſt ab illo repulſam.

SEPTIMA SPECIES.

Ablatiuus cum præpoſitione, uel accuſatiuus cum præpoſitione.

Deponentia abſoluta poſt ſe poſtulant Ablatiuum cum præpoſitione, uel Accuſatiuum cum præpoſitione, ſine præpoſitione ueró nullum regunt, & ideo abſoluta dicuntur, ut ego proficiſcor ad ædem, tu reuerteris ab urbe.

Præterquam in nominibus Vrbium, & alijs aduer-

bialiter positis, ut ego gradior Romam, *in Venetias, ille* Domum.

Significantia motum uel quietem.

Proficiscor eris fectus sum per andare
Gradior eris gressum sum per caminare.

Exercitationes, quædam mentis significantia.

Ratiocinor aris atus sum per discorrere.
Argumentor, aris atus sum per argumentare.

Exercitationes corporis.

Rusticor caris catus sum per uillegiare.
Luctor taris tatus sum per far a la lotta.

Colloquendi.

Colloquor queris quutus sum
Concionor, naris, natus sum per predicare.

Locus post verbum.

N*Omina propria Vrbium & oppidorum, & hæc duo* Rus, Domus, *cum significatur motus ad locum, in accusatiuo collocantur, ut eo* Romam.

1. Regredior; digredior; spatior; grassor; labor; uagor; peruagor; peregrinor; item conor nitor cunctor; cunctor; cunctor otior; et negotior.
2. Versificor; philosophor; Rhetoricor.
3. Conuersor; diuersor preclior cõgredior: digladior.
4. Fabulor confabulor sermocinor: altercor; Alloquor illi: et hec loquor & tecũ; et alo quor te

Et omnia alia, quæ non possunt habere accusatiuum patientem, me, te, hominis scilicet, uel rei animatæ.

QVINTA SPECIES.

Ablatiuus tantum post verbum

1. Iubilo, mæreo, lãgueo, stupeo gestio: gemo, is, tremo, rideo, &c. 2. areo, madeo, albeo, nigreo, cãdeo, palleo rubeo caleo, frigeo: algeo, ardeo, flagro æstuo, æxestuo serueo itẽ, tumeo, turgeo, calleo, ob calleo, luceo, fulgeo, niteo, floreo: frõdeo, gemo, &c.

Neutra Effectiua post se uolunt Ablatiuum causæ sine præpositione, ut ego gaudeo pace.

Affectum, seu passionem anim significantia.

Gaudeo des gauisus sum
Exulto tas taui tatum per rallegrarsi
Doleo les lui caret supino per dolersi

Affectionem, seu passionem corporis significantia.

Pingueo gues gui per ingrassarsi
Macreo cres crui per smagrirsi
Vireo res rui per uerdeggiare.

Cicero tamen dixit, illud doleo, et tuum casum mæreo.

Causæ etiam lætitiæ cum his uerbis in accusatiuo ponuntur cum præpositionibus ob, aut propter. Et in ablatiuo aliquando, cum præpositione, præ, ex, de, & similibus, ut gestio lætitia, ob aut propter nimiam lætitiam, præ nimia, & ex nimia lætitia.

SEXTA SPECIES.

Ablatiuus cum præpositione à, uel ab.

Neutra paßiua uolunt post se Ablatiuum agentem cum à, uel ab, & ante se Nominatiuum patientem sic dicta, quia habent significationem, & similiter constructionem uerborum paßiuorum, ut ego uapulo à præceptore.

Dicitur tamen exulo de loco, ut exulo Roma, à patria, uel in loco, ut exulat Romæ, Neapoli, idest, est ibi exul.

Neutra significationem paßiuam habentia.

Vapulo las laui latum per esser battuto
Veneo nis niui uenum per esser uenduto
Exulo las laui latum per esser bandito
Liceo ces cui citum per esser aprezzato
Fio fis factus sum per esser fatto, cum suis compositis.

SEPTIMA SPECIES.

Ablatiuus cum præpositione, uel accusatiuus cum præpositione.

Neutra absoluta suscipiunt post se Ablatiuum cum præpositione, uel accusatiuum cum præpositione loci uel temporis; sine præpositione uero nullum

1. Vado, tendo, transeo abeo, exeo redeo, remeo, pergo, incedo, ambulo: deambulo, uolo, repo: nato: quadrupedo, succusso, pergo, properosestino, curro, cado, salto. Item bio, tussio, oscito, cresco, uiuo, uigilo.
2. Specto, resideo, habito, quiesco, pernocto, sterto, dormio, lateo, et hoc me latet.
3. Sto, surgo, accubo recubo.
4. disideo

regunt casum, & ideo absoluta dicuntur; ut animus euolat ad coelum; corpus manet in tumulo.

Præterquam in nominibus urbium. & alijs aduerbialiter positis; ut ego uiuo Venetijs; tu Romæ habitas; hic humi iacet; ille rure uenit &c.

Significantia motum.

Eo is iui itum per andare
Venio nis ueni uentum per uenire.

Significantia quietem.

Sto stas steti statum per stare
Maneo nes mansi mansum per restare.

Significantia situm & gestum corporis.

Sedeo des sedi sessum per sedere
Iaceo ces cui per giacere.

significantia distantiam.

Disto stas per star lontano
Absum abes absui per esser absente.

Omnia uerba huius speciei, idest, significantia motum, quietem, situm, distantiam, possunt quoque similes casus copulare ante se, & post se, sicut uerba similium copulatiua. ut ambulo rectus; iaceo supinus; maneo immobilis.

DE VERBIS COMmunibus.

Verbum commune est quod desinit in or, & habet simul actiuam, & passiuam significationem; ut largior.

Omne uerbum commune in actiua significatione habet constructionem actiuorum; in passiua passiuorum; ut nos ueneramur Deum, *& sanctos, & à nobis ueneramur.*

Largior *giris gitus sum per donare, & esser donato.*

Experior *riris expertus sum per esperimentare, & esser esperimentato.*

Veneror *raris ratus sum per uenerare, & esser uenerato.*

Item *osculor, amplector, hortor, criminor, interpretor, mororor, hospitor.*

Largior *præter accusatiuum habet datiuum.* Criminor, *genitiuum.* Hortor *alterum accusatiuum, cum præpositione, ad.*

DE VERBIS DEPOnentibus.

Verbum Deponens *est quod desinit in or, & non fit ab actiuo in o, & habent unam tantum significationem, uel actiuam, uel passiuam, ut sequor, orior, obsequor.*

Eius *species sunt septem, scilicet* Deponentia *similium* Copulatiua, *possessiua, acquisitiua, transitiua, effectiua, passiua absoluta.*

Omnes *hæ species construuntur omnino sicut* Neutra *eiusdem nominis, & easdem penè habent significationes.*

Omne *uerbum* Deponens *uult ante se* Nominatiuum

agentem, præter Deponentia paßiua, paßiuam significationem habentia, quæ uolunt nominatiuum patientem.

PRIMA SPECIES.

Nominatiuus post verbum.

D*Eponentia quædam possunt ante se, & post se habere nominatiuum, sicut neutra similium copulatiua, ut oritur homo pulcher, sed moritur deformis, grassor armatus.*

1. *Orior, exorior, emorior, proficiscor, gradior cũ cæteris.*

Ortum, ac interitum significantia, & motum.

Morior eris mortuus sum per morire
Nascor eris natus sum per nascere.

Possunt tamen hæc habere alios casus, et tunc sunt sextæ, uel septimæ speciei.

SECVNDA SPECIES.

Genitiuus, vel Ablatiuus tantum post verbum.

D*Eponentia Poßeßiua Genitiuum post se, uel Ablatiuum postulant sine præpositione; ut ego utor uirtute, & misereor tui.*

Sed ex ijs, Genitiuum tantum uolunt misereor; & miseresco, ut tantorum IESVS miserere laborum; aliqua Genitiuum, uel Accusatiuum, ut uerba memoriæ, sci-

licet memoror recordor, obliuiſcor, reminiſcor mortis.

Aliqua Ablatiuum tantum, ſcilicet uerba utendi, & fruendi.

Vtendi.

Vtor eris uſus ſum per uſare
Fungor geris functus ſum per uſare officio, ó dignità.
Abutor eris abuſus ſum per uſare in mala parte.

Fruendi.

Fruor eris fructus ſum uel fruitus per godere.
Veſcor eris ſine præterito, & ſupino per uſar cibi, & mangiare.
Potior ris potitus ſum per ottener coſa deſiderata.

Dicimus etiam potitus ſum huius rei, hanc rem, & hac re.

TERTIA SPECIES.

Datiuus tantum poſt verbum.

Deponentia Acquiſitiua uolunt poſt ſe Datiuum, cui acquirunt ut angeli auxiliantur nobis.

seruiendi, & Obſequendi.

Obſequor eris obſecutus ſum per compiacere
Adulor aris adulatus ſum per adulare

1. Morigeror, blandior, gratulor, ſamulor, dñor.

Ancillor laris latus sum per seruire.

Repugnandi.

Refragor garis gatus sum per contradire.
Aduersor aris atus sum per contrariare.

Commodum aliquod, uel incommo-
dum significantia.

Auxilior aris atus sum per dar soccorso
Opitulor laris latus sum per aiutare.

Promittendi, & confitendi.

At promittendi, & confitendi possunt etiam habere præter datiuum, accusatiuum, sicut actiua, confiteor Deo et Sacerdoti peccata mea, pollicetur nobis montes aureos.

QVARTA SPECIES.

Accusatiuus tantum post verbum.

D*Eponentia Transitiua asciscunt post se Accusatiuum, ut ego sequor Christum.*

sequendi, ac persequendi.

Sequor eris cutus sum per seguire
Persequor eris cutus sum per perseguitare.

2. Reluctor insidior. 3. Medeor medicor, fœneror, patrocinor suffragor. 4. Fateor, profiteor, stipulor, astipulor, testificor, testor, mentior, minor, comminor 1. Subsequor, præstolor operior, comitor, subsequor, imitor, æmulor, prosequor, aggredior, insequor, prædor: populor, molior, demolior, ulciscor.

Lucrandi, & adipiscendi.

Lucror aris cratus sum per guadagnare
Superlucror aris cratus sum per auanzare.

Opinandi, & meditandi.

Opinor aris atus sum per pensare
Suspicor aris atus sum per hauer sospitione.

QVINTA SPECIES.

Ablatiuus tantum post verbum.

Deponentia Effectiua post se regunt Ablatiuum causæ sine præpositione, ut ego lætor tam iucundo nuncio. Ponuntur etiam hæ causæ in accusatiuo cum præpositionibus, ob, aut propter, & in ablatiuo aliquando cum præpositione, præ, ex, de, & similibus, ut in neutris diximus.

Affectionem, seu passionem animi significantia.

Lætor aris atus sum per rallegrarsi
Delector aris atus sum per dilettarsi
Tristor aris atus sum per attristarsi.

Affectum, seu passionem corporis significantia.

1. Sortior, assequor, consequor: aucupor, adipiscor, mercor, uenor, nanciscor, mereor, furor. 3. Reor, arbitror, auguror, uaticinor, scrutor, meditor, contemplor.

1. Glorior, uerecũdor oblector, stomachor: conqueror lachrymor collachrymor, illachrymor. queror, cachinor.

Sunt autem eædem species, quæ Actiuorum.

1. species Amor aris amatus sum per esser amato
Intelligor eris lectus sum per esser inteso.
Legor geris lectus sum per esser letto.
Rogor geris atus sum per esser pregato.

2. species Poßideor, emor, uendor, æstimor, accusor, absoluor, damnor, moneor.

3. species Acquiror, donor, imperor, prohibeor, nuncior, declaror.

4. species Rogor, interrogor, doceor,

5. species Efficior, spolior, uestior, impleor, pascor, oneror, nutrior.

6. species Separor, Remoueor, Accipior.

DE VERBIS NEVTRIS.

Verbum neutrum est quod desinit in o, & non habet paßiuum in or, ut Noceo.

Neutrorum sunt septem species, uidelicet Neutria *similium* Copulatiua, Poßeßiua, Acquisitiua, Transitiua, Effectiua, Neutra *paßiua, &* Absoluta.

Omne *uerbum* Neutrum *uult ante se nominatiuum agentem, præter* Neutra *paßiua, paßiuam significationem habentia, quæ uolunt nominatiuum patientem.*

PRIMA SPECIES.

Nominatiuus post verbum.

N*Eutra similium copulatiua requirunt nominatiuum post se, sicut etiam ante se, & ideo ap-*

pellantur similium copulatiua, ut IESVS est amor meus.

substantiuum verbum, & uim substantiui habentia id, est significantia rei existentiam. 1. Maneo.

Sum	*es*	*fui*	*per essere*
Existo	*existis*	*extiti*	*per stare*
Sto	*stas*	*steti atum*	
Viuo	*uiuis*	*uixi*	*per uiuere.*

Ortum, & interitum significantia. 2. Desino, intereo, obeo: deficio pro intereo: occido penultima correpta 1. cado.

Pereo	*peris*	*perij*	*per perire.*
Fio	*fis*	*factum sum*	*per esser fatto.*

Huius speciei uerba, nonnunquam sunt quintæ uel septimæ.

SECVNDA SPECIES.

Genitiuus, vel Ablatiuus post verbum.

NEutra possessiua asciscunt genitiuum post se, uel Ablatiuum sine præpositione, ut egeò, & indigeo pecuniarum, uel pecunijs.

Cætera uerba copiæ, uel inopiæ ablatiuum tantum: & satago genitiuum.

Memini uero per ricordarsi, genitiuo uel accusatiuo iungitur, per far mentione, genitiuo, uel ablatiuo, cum de, ut memini huius rei, uel de hac re.

Verba copiæ,& inopiæ.

Egeo eges egui careat supinis per hauer bisogno
Indigeo ges gui caret supinis.
Careo res carui caritum, uel cassum per mancare
Abundo das daui datum
Affluo fluis fluxi fluxum
Exubero ras raui ratum per abondare
Scateo tes per bullire
Item, satago, tagis, tegi sine supino, per esser diligente.

TERTIA SPECIES.

Datiuus tantum post verbum.

NEutra Acquisitiua post se uolunt Datiuum eius cui aliquid acquiritur, ut auarus seruit pecuniæ.

Seruiendi,& obsequendi.

Seruo uis uiui uitum per seruire
Obtempero ras raui ratum per condecendere.
Pareo res rui caret supino
Obedio dis diui ditum. per obedire.

Repugnandi.

Repugno gnas graui gnatum per repugnare.
Obsto obstas obstiti per impedire.
Consentio tis sensi sensum per consentire.

1. Obsecundo, inseruio, deseruio, ministro, morem gero, parco, assurgo indulgeo, parco igno sco. 2. Obsisto, occurro resisto, insulto, succenseo. assentio. dissentio annuo cedo tibi, hæreo, adhæreo, satisfacio. 3. Obsum, desum cõmodo incõmodo, caueo, succæueo, subuenio, fauco. 4. incumbo, insudo: inuigilo.

Commodum, & incommodum significantia.

Noceo ces cui citum per nocere
Prosum prodes profui per giouare.

Studium aliquod significantia.

Studeo des dui caret supino per studiare
Vaco cas caui catum per attendere.

QVARTA SPECIES.

Accusatiuus tantum post verbum.

NEutra Transitiua, id est actiuam significationem habentia regunt post se Accusatiuum, ut ego aro terram, & habent paßiuum in tertijs tantum personis in utroque numero; ut terra aratur, & terræ arantur.

Excolendi terram.

Aro ras raui ratum per arare
Sero ris seui satum per seminare
Insero ris seui situm per inestare.

Comedendi, & bibendi.

Comedo dis medi mestum per mangiare
Poto tas taui tatum
Bibo bis bibi bibitum per beuere.

1. Sarrio, dolo, terebro, puto, incido, reuoluo, semino, fodio occo meto trituro, uentilo: glomero, uindemio cōsero 2. Prādeo, cæno, edo, mādo, sorbeo, pregusto, coquo: excoquo, decoquo, concoquo, digero. Itē pinso: asso: cōdio oleo redoleo: sileo, adoleo.

SEXTA SPECIES.

Ablatiuus cum præpositione à, uel ab.

Neutra paßiua uolunt post se Ablatiuum agentem cum à, uel ab, & ante se Nominatiuum patientem sic dicta quia habent significationem, & similiter constructionem uerborum paßiuorum, ut ego uapulo à præceptore.

Dicitur tamen exulo de loco, ut exulo Roma, à patria, uel in loco, ut exulat Romæ, Neapoli, id est, est ibi exul.

Neutra significationem pasſiuam habentia.

Vapulo las laui latum per esser battuto
Veneo nis niui uenum per esser uenduto
Exulo las laui latum per esser bandito
Liceo ces cui citum per esser aprezzato
Fio fis factus sum per esser fatto, cum suis compositis.

SEPTIMA SPECIES.

Ablatiuus cum præpositione, uel accuſatiuus cum præpoſitione.

Neutra absoluta suscipiunt post se Ablatiuum cum præpositione, uel accusatiuum cum præpositione loci uel temporis; sine præpositione uero nullum

regunt casum, & ideo absoluta dicuntur; ut animus euo-lat ad coelum; corpus manet in tumulo.

Praeterquam in nominibus urbium. & alijs aduerbia-liter positis; ut ego uiuo Venetijs; tu Romae habitas; hic humi iacet; ille rure uenit &c.

Significantia motum.

Eo	is	*iui*	*itum*	*per andare*
Venio	*nis*	*ueni*	*uentum*	*per uenire.*

Significantia quietem.

Sto	*stas*	*steti*	*statum*	*per stare*
Maneo	*nes*	*mansi*	*mansum*	*per restare.*

Significantia situm & gestum corporis.

Sedeo	*des*	*sedi*	*sessum*	*per sedere*
Iaceo	*ces*	*cui*		*per giacere.*

significantia distantiam.

Disto	*stas*		*per star lontano*
Absum	*abes*	*absui*	*per esser absente.*

Omnia uerba huius speciei, Idest, significantia motum, quietem, situm, distantiam, possunt quoque similes casus copulare ante se, & post se, sicut uerba similium copulatiua; utambulo rectus; iaceo supinus; maneo immobilis.

1. Vado, tendo, transeo abeo, exeo redeo, remeo, sgo, incedo, ambulo: deambulo, uolo, repo: nato: quadrupedo, succusso, pergo, propero festino, curro, cado, salto. Item bio, tussio, oscito, cresco, uiuo, uigilo. 2. Specto, resideo, habito, quiesco, pernocto, sterto, dormio, lateo, et hoc me latet. 3. Sto, surgo, accubo recubo. 4. dissideo

DE VERBIS COMmunibus.

Verbum commune est quod desinit in or, & habet simul actiuam, & paßiuam significationem; ut largior.

Omne uerbum commune in actiua significatione habet constructionem actiuorum; in paßiua paßiuorum; ut nos ueneramur Deum, *& sanctos, & à nobis uenerantur.*
Largior giris gitus sum per donare, & esser donato.
Experior riris expertus sum per esperimentare, & esser esperimentato.
Veneror raris ratus sum per uenerare, & esser uenerato.
Item osculor, amplector, hortor, criminor, interpretor, moror, hospitor.
Largior præter accusatiuum habet datiuum. Criminor, *genitiuum. Hortor alterum accusatiuum, cum præpositione, ad.*

DE VERBIS DEPOnentibus.

Verbum Deponens *est quod desinit in or, & non fit ab actiuo in o, & habent unam tantum significationem, uel actiuam, uel paßiuam, ut sequor, orior, obsequor.*

Eius species sunt septem, scilicet Deponentia *similium* Copulatiua, *possesßiua, acquisitiua, transitiua, effectiua, paßiua absoluta.*

Omnes hæ species construuntur omnino sicut Neu*tra eiusdem nominis, & easdem pené habent significationes.*

Omne uerbum Deponens *uult ante se* Nominatiuum

agentem, præter Deponentia passiua, passiuam significationem habentia, quæ uolunt nominatiuum patientem.

PRIMA SPECIES.

Nominatiuus post verbum.

D*Eponentia quædam possunt ante se, & post se habere nominatiuum, sicut neutra similium copulatiua, ut oritur homo pulcher, sed moritur deformis, grassor armatus.*

Ortum, ac interitum significantia, & motum.

1. Orior, exorior, commorior, proficiscor, gradior cũ cæteris.

Morior eris mortuus sum per morire
Nascor eris natus sum per nascere.

Possunt tamen hæc habere alios casus, et tunc sunt sextæ, uel septimæ speciei.

SECVNDA SPECIES.

Genitiuus, vel Ablatiuus tantum post verbum.

D*Eponentia Possessiua Genitiuum post se, uel Ablatiuum postulant sine præpositione; ut ego utor uirtute, & misereor tui.*

Sed ex iis, Genitiuum tantum uolunt misereor; & miseresco, ut tantorum IESVS *miserere laborum; alia qua Genitiuum, uel Accusatiuum, ut uerba memoriæ, sci-*

licet memoror recordor, obliuiscor, reminiscor mortis.

Aliqua Ablatiuum tantum, scilicet uerba utendi, & fruendi.

Vtendi.

Vtor *eris usus sum per usare*
Fungor *geris functus sum per usare officio, o dignità.*
Abutor *eris abusus sum per usare in mala parte.*

Fruendi.

Fruor *eris fructus sum uel fruitus per godere.*
Vescor *eris sine præterito, & supino per usar cibi, & mangiare.*
Potior *ris potitus sum per ottener cosa desiderata.*

Dicimus etiam potitus sum huius rei, hanc rem, & hac re.

TERTIA SPECIES.

Datiuus tantum post verbum.

Deponentia Acquisitiua uolunt post se Datiuum, cui acquirunt ut angeli auxiliantur nobis.

1. Morigeror, blandior, gratulor, famulor, dñor.

seruiendi, & Obsequendi.

Obsequor *eris obsecutus sum per compiacere*
Adulor *aris adulatus sum per adulari*

2. Reluctor infidior. Ancillor laris latus sum per seruire.

Repugnandi.

3. Medeor medicor, fœneror, patrocinor suffragor.

Refragor garis gatus sum per contradire.
Aduersor aris atus sum per contrariare.

Commodum aliquod, uel incommodum significantia.

4. Fateor, profiteor, stipulor, astipulor, testificor, testor, mentior, minor, comminor

Auxilior aris atus sum per dar soccorso
Opitulor laris latus sum per aiutare.

Promittendi, & confitendi.

1. Subsequor, præstolor operior, comitor, subsequor, imitor, æmulor, prosequor, aggredior, insequor, prædor: populor, molior, demolior, ulciscor.

At promittendi, & confitendi possunt etiam habere præter datiuum, accusatiuum, sicut actiua, confiteor Deo et Sacerdoti peccata mea, pollicetur nobis montes aureos.

QVARTA SPECIES.

Accusatiuus tantum post verbum.

Deponentia Transitiua asciscunt post se Accusatiuum, ut ego sequor Christum.

sequendi, ac persequendi.

Sequor eris cutus sum per seguire
Persequor eris cutus sum per perseguitare.

Lucrandi,& adipiſcendi.

Lucror aris cratus ſum per guadagnare
Superlucror aris cratus ſum per auanzare.

Opinandi, & meditandi.

Opinor aris atus ſum per penſare
Suſpicor aris atus ſum, per hauer ſoſpitione.

QVINTA SPECIES.

Ablatiuus tantum poſt verbum.

DEponentia Effectiua poſt ſe regunt Ablatiuum cauſæ ſine præpoſitione, ut ego letor tam iucundo nuncio. Ponuntur etiam hæ cauſæ in accuſatiuo cum præpoſitionibus, ob, aut propter, & in ablatiuo aliquando cum præpoſitione, præ, ex, de, & ſimilibus, ut in neutris diximus.

Affectionem, ſeu paſsionem animi ſignificantia.

Letor aris atus ſum per rallegrarſi
Delector aris atus ſum per dilettarſi
Triſtor aris atus ſum per attriſtarſi.

Affectum, ſeu paſsionem corporis ſignificantia.

1. Sortior, aſſequor, conſequor: aucupor, adipiſcor, mercor, uenor, nanciſcor, mereor, furor.
3. Reor, arbitror, auguror, uaticinor, ſcrutor, meditor, contẽplor.
1. Glorior, uerecũdor oblector, ſtomachor: conqueror lachrymor collachrymor, illachrymor. queror, cachinor.

2. Crapulor 3 bacchor.

Expergiſcor eris experrectus ſum per riſuegliarſi.

SEXTA SPECIES.

Ablatiuus cum præpoſitione a, vel ab.

Deponentia paßiua aſciſcunt poſt ſe Ablatiuum agentem cum á, uel ab, & ante ſe Nominatiuum patientem, ſic dicta quia habent ſignificationem, & ſimiliter conſtructionem uerborum paßiuorum, ut omnia uitia oriuntur ex otio.

Naſcendi.

Orior riris ortus ſum
Naſcor eris natus ſum per naſcere
Renaſcor eris renatus ſum per ritornare, ì naſcere.

At patior poteſt etiam habere accuſatiuum, ut patior ingentes dolores, famem, ſitim; paſſus eſt ab illo repulſam.

SEPTIMA SPECIES.

Ablatiuus cum præpoſitione, uel accuſatiuus cum præpoſitione.

Deponentia abſoluta poſt ſe poſtulant Ablatiuum cum præpoſitione, uel Accuſatiuum cum præpoſitione, ſine præpoſitione uero nullum regunt, & ideo abſoluta dicuntur, ut ego proficiſcor ad ædem, tu reuerteris ab urbe.

Prӕterquam in nominibus Vrbium, & alijs aduer-

bialiter positis, ut ego gradior Romam, in Venetias, ille Domum.

Significantia motum uel quietem.

Proficiscor eris fectus sum per andare
Gradior eris gressum sum per caminare.

Exercitationes, quædam mentis significantia.

Ratiocinor aris atus sum per discorrere.
Argumentor, aris atus sum per argumentare.

Exercitationes corporis.

Rusticor caris catus sum per uillegiare.
Luctor taris tatus sum per far a la lotta.

Colloquendi.

Colloquor queris quutus sum
Concionor, naris, natus sum per predicare.

Locus post verbum.

N*Omina propria Vrbium & oppidorum, & hæc duo Rus, Domus, cum significatur motus ad locum, in accusatiuo collocantur, ut eo Romam.*

1. Regredior; digredior; spatior; grassor; labor; uagor; peruagor; peregrinor; item conor nitor cunctor; contor; cunctor otior; et negotior.
2. Versificor, philosophor; Rhetoricor.
3. Cunctor; diuersor prelior cõgredior; digladior.
4. Fabulor confabulor sermocinor: altercor; Alloquor illuct hec loquor & tecũ; et alo quer te

Cùm à loco, uel per locum, in Ablatiuo, *ut uenio* Ro*ma, transiui* Rom*æ*.

Cùm in loco, si sint nomina singularis numeri, & primæ aut secundæ declinationis, in Geniuo, *ut maneo* Ro*mæ, sic belli militiæ; Si uero sint pluralis numeri, aut tertiæ declinationis, in* Datiuo *aut* Ablatiuo, *ut manet* Athe*nis*, Carth*agini, uel* Carth*agine. Sic rure uel ruri.*

At *uero omnia nomina tam propria, quàm appellatiua loci possunt post uerbum poni in* Ablatiuo *uel* Accusatiuo *cum præpositione.* Ad *locum, ut profectus est in* Hispa*niam, & ad* Indos. A *loco, ut ex agro redeo, atque à foro.* Per *locum, ut per uiam cursitat.* In *loco, ut cum essem in* Italia. *Sic etiam propria urbium & oppidorum, sed rarè.*

Pr*æpositio uersus, & usque præponuntur, & postponuntur, cum motus, uersus, uel usque ad locum significatur: ut quousque iuisti:* Romam *usque, uel usque* Romam.

De verbo substantiuo, sum.

SV M, *uerbum substantiuum, regit post se* Nomina*tiuum, cum significat existentiam alicuius, ut uirgo* M A R I A *est mea spes* Genitiuum, *cum significat possessionem, ut hic liber est* Petro. Datiuum *cum significat habere, ut est mihi pater, uel commodum aut incommodum, ut est mihi amicus, & cum duobus interim tunc datiui, ut sum tibi auxilio.* Ablatiuum, *cum laudem uel uituperium, ut tu es bona indolæ.* Tandem *absolute & sine casu ut* Deus *est.*

At *cum significat esse in loco, construitur ut alia significantia, esse in loco.*

Composita *sunt numero xi.* Ad*sum,* Ab*sum,* De*sum,*

Insum, Intersum, Obsum, Possum, Præsum, Prosum, Subsum & Supersum. Quæ omnia possunt Datiuum habere, præter uerbum, Possum, ut adfuit patriæ periclitanti, nec sibi, nec alteri prodest.

Alios quoque suscipiunt casus cum uarijs præpositionibus, & fermè ijsdem, quibus componuntur, ut absum à culpa, adsum ad iudicium, &c. Et pro ratione significationis, ut supra, cum de uerbis Neutris.

De varijs Impersonalibus.
De Passiuis.

Omne uerbum Impersonale passiuum, hoc est in tur, desinens, uult ante se Ablatiuum agentem cum à, uel ab & post se casum sui uerbi Personalis, ut à subditis seruitur Regi, à Fidelibus Christo.

Nisi ueniat ab Actiuis, & Neutris Transitiuis, quia tunc non admittit Accusatiuum, ut à me amatur, à me aratur, id est ego aro.

Plerunque tamen sine ullo casu ponuntur, ut legitur, statur, curritur.

Fiunt à uerbis Actiuis, & à Neutris Acquisitiuis, transitiuis, & absolutis, non ab alijs, nisi raro.

De actiuis Impersonalibus.
Post se.

Omnia Impersonalia actiuæ uocis possunt habere post se infinitiuum, præter fit, & eius composita, ut tædet me uiuere.

Ante se.

1 *Interest, & refert uolunt Genitiuum ante se, ut illi⸗ lius interest, & Ablatiuum, mea, tua, sua, nostra, & ue⸗ stra.*

2 *Liquet, Licet, Libet, Placet, Accidit, Contingit, Eue⸗ nit, Suppetit, Vacat, & Restat uolunt Datiuum ante se, ut mihi libet hoc agere.*

3 *Decet, Dedecet, Iuuat, Delectat, & oportet uolunt ante se Accusatiuum, ut bonos decet bene uiuere.*

4 *Pertinet, spectat, attinet, uolunt ante se accusatiuum cum præpositione ad, ut ad nos pertinet petere, ad Deum dare.*

5 *Pœnitet, tædet, miseret, pudet, piget præter Accusa⸗ tiuum regunt etiam Genitiuum, ut pudet me tui.*

6 *Fit cum compositis, benefit, malefit, satisfit, construun tur ante se cum Ablatiuo à, uel ab, personæ agentis, & post se cum Datiuo, sicut impersonalia passiua, ut a Chri⸗ sto, & Beata Virgine, Sanctis, & Angelis benefit homi⸗ nibus. Nam hæc habent significationem passiuam.*

Varia, & tanquam impersonalia.

Aliqua sunt uaria; ut incipit debet, solet, potest, uult: quæ iuncta cum infinitiuis personalium sunt personalia, ut ille solet fabulas referre. cum infinitis impersonalium, sunt impersonalia, ut solet illum postea dictorum pœnitere. Atque utroque modo habent tantum casus illorum uerbo⸗ rum, quibus iunguntur, & ideo famulantia uocantur.

Naturæ opera, & partes diei significantia, sine ullo casu, absolute ponuntur, & in sola tertia persona repe⸗

riuntur, ut Ningit, Pluit, Rorat, Gelat; Tonat, Corruſcat, Grandinat, Fulminat, Fulgurat, Serenat, Rorat. Item Dieſcit, Luceſcit, Diluxit, Aduefperaſcit, Nocteſcit. *Subauditur in his omnibus,* Deus, *uel* Natura; *aut uero exponuntur per uerbum* Fit, *&* eſt.

3 *Quatuor, primæ ſpecies imperſonalium actiuæ uocis, poſſunt loco infiniti habere* Nominatiuum, *& tunc ſunt perſonalia, ut hoc mea intereſt, pugna placet militi, bona uita decet bonos, petitio pertinet ad nos, collatio ad* Deum.

De infiniti conſtructione.

O*Mne infinitiuum uerbi perſonalis uult ante ſe* Accuſatiuum *loco* Nominatiui *ſui uerbi, & poſt ſe eundem caſum, quem uerbum, à quo deſcendit, ſicut dictum eſt, ut te incumbere ſtudijs bonarum artium.*

At uerò Infinitum, *imperſonalis, ante ſe, & poſt ſe uult caſus ſui* Verbi *à quo deſcendit, ut credo tua, uel omnium intereſſe, mortem meditari.*

Infinitum *uerbi ſimilium* Copulatiui, *uult eoſdem caſus ante ſe & poſt ſe; ut* Petrus *ſtudet eſſe bonus:* At *quoties* Accuſatiuus *antecedat, & ſequatur neceſſe eſt, ut mallem me eſſe bonum quàm haberi.*

Omne *uerbum loco ſui caſus poteſt habere infinitum, ut cupio diſcere, ſicut dictum eſt.*

Regula Generalis omnium verborum ex dictis Collecta.

Communes casus omnibus uerbis sunt hi.

1. *Genitiuus pluris, minoris, tanti, quanti, cum compositis; & Ablatiuus precij.*

2 *Datiuus, in cuius commodum, uel incommodum aliquid fit.*

3 *Accusatiuus, uel Ablatiuus temporis.*

4 *Ablatiuus instrumenti, uel causæ, uel materiæ, modi actionis, uel eius quo aliquid fit.*

5 *Et præpositio, interiectio, & Aduerbium, cum suis casibus, post quoduis uerbum. Quæ omnia ex dictis satis innotescunt.*

Scholium.

Sunt uerba quædam Deriuatiua, idest ab alijs primitiuis deriuata, quæ pueros scire parum etiam inchoatiua, in so, quæ inchoant primitiui significationem, ut uiso, idest eo ad uidendum.

Frequentatiua, quæ frequentiam primitiui significant, in so, uel to, ut curso, & cursito, idest frequenti cursu curro, & in paßiua uoce tor, uel xor, ut sector, amplexor, idest frequenter uel aßidue sequor.

Augmentatiua, in sco quæ augmentum significant, ut pinguesco, idest quotidie plus pingueo.

Diminutiua, quæ diminuunt primitiui significationem, in illo, ut sorbillo, & in isso, ut pitisso.

Desideratiua, quæ desiderium primitiui significant; ab alijs Meditatiua in rio, ut esurio, idest desiderio teneor edendi.

Quæ omnia, ut primitiua construuntur, iuxta positas, Syntaxis regulas, & ideo de ijs singulatim hic agere non est opus; ne in rebus inutilibus pueri tempus terant, in pleriori uero Syntaxi, si quid in eis notatu dignum fuerit, ea diligentius persequemur. Nunc de gerundijs, supinis, & participijs agendum.

De Gerundij constructione.

G*Erundia sunt tria. in* Di, *in* Do, *in* Dum. *In di, est genitiui casus. In do, ablatiui in dum accusatiui, uel* Nominatiui, *carent, numero, genere, & persona nis. Omnia possunt habere casus sui uerbi post se ut spe* Deum *uidendi, sectando uirtutem, ad uacandum literis.*

In Di, *non iungitur uerbis, aut participijs, sed nominibus tantum substantiuis, ut tempus tacendi. interim cum adiectiuis, ut cupidus discendi.* Exponitur *prout & subiunctiui præsens, uel in perfectum, ut cupidus ut discat.*

In Do, *ponitur interdum absolutê, ut cantando tu illum uicisti, idest cantu.* Interdum *cum his præpositionibus ablatiui casus a, ab, cum de, e, ex, in, pro, ut labor deterret à discendo, in consultando, ex desendendo &c. Additur etiam casus sui uerbi, ut uacando uirtuti, sicut dictum est.*

In Dum, *iungitur quinque præpositionibus accusatiui casus, ad ante, inter, ob propter, ut locus ad agendum amplißimus, inter cænandum obijt, &c.*

Ponitur etiam absolutê cum uerbo substantiuo est, sed tunc est Nominatiuus, *ut* Moriendum *est, & significat oportet, uel necesse est.*

Solet etiam addi Datiuus *personæ, cui commodum id*

accidit, uel incommodum, ut omnibus moriendum est, & casus sui uerbi, ut decertandum nobis est lingua, manu, & ferro.

Gerundia in paßiua quoque significatione accipiuntur, sed rarius, ut erudiendi gratia missus Athenas, idest ut erudiretur; medendo ægrescit, idest dum ei medetur, & in dum nonnunquam, ut res ad scribendum non necessariæ, idest ut scribantur.

De supinis.

Supina in um, ponuntur post uerba significantia motum ad locum, ut adolescens, curte is perditum? exponuntur autem per ut, & subiunctiuum. eo lectum, ut legam.

Possunt etiam habere casus sui uerbi, ut eo auditum sacrum, ponuntur & absolute cum uerbo est, ut pugnatum est, actum est.

Supina in V. ferè paßiuæ sunt significationis, iunguntur adiectiuis, ut res incredibilis dictu, exponuntur per ut, & subiunctiuum paßiuum, idest ut dicatur, iunguntur etiã uerbis significantibus motum à loco, ut rediit uenatu, idest à uenatione, quamuis frequentius utamur nomine.

Supinum in V, non fit à uerbis, quæ paßiua uoce carent, uel paßiue non significant: Qualia sunt plæraque Neutra & deponentia, ut non dicimus, a uenio uentu, uel a sequor sequutu.

De Participijs.

Participia sunt quatuor, præsentis in ans, & ens, ut amans, docens. Præteriti cuius quatuor sunt terminationes in tus, sus, xus, & uus, ut amatus, lexus, nesus, mortuus. Futuri duo, actiui, in rus, ut amaturus; & paßiui in dus, ut amandus.

Participium ante se non regit casum, sed conuenire debet cum præcedente substantiuo, sicut nomen adiectiuum: post se uero habet casum sui uerbi, ut uir bonus amans honestatem. Edoctus uirtutem, à Deo dilectus.

Exponitur per uerbum eiusdē temporis, & relatiuum qui ut amas, qui amat, amaturus qui amabit, amandus qui amabitur, &c. atque ita his erit utendum, cum defuerit participia.

A quibus verbis quæ fiant participia.

A uerbis actiuis (sicut in primis rudimentis dictum est) duo fiunt participia, præsentis, & futuri in rus. A paßiuis quoque duo præteriti, & futuri in dus. A Neutris quoque eadem duo, quæ ab actiuis, sed â Neutris transitiuis, & Communibus quatuor. A deponentibus uero tria, præsentis, præteriti, & futuri in rus ut ibidem, uel in plenioris Syntaxi latius uidere poteris.

2 *Verba, quæ carent supinis, carent participijs præteriti, & futuri in rus, qui ex ultimo supino formantur, & ab impersonalibus quoque uix fiunt.*

nium potissima, & benignissima aduocata.

Et in eodem casu ponitur uterque si ad eandem rem pertinet; ut Maria Virgo, Iesus Redemptor, uia, ueritas; uita, Rex; Dominus, & amor noster.

Item peritus, imperitus, expertus, inexpertus; gnarus, ignarus, rudis, expers cõpos impos 2. Vtilis, inutilis, iucundus, iniucundus, austerus: humanus beneuolus, maleuolus. Itẽ aptus; ineptus idoneus, accõmodus, incommodus promptus, propensus procliuis. 3. Similis, æqualis, inæqualis, par impar. Itẽ consan

Adiectiui.


Genitiuum uolunt post se Nomina numeralia: ut unus nostrum, primus librorum æneidos, & partitionem significantia ut alter illorum. Et quæ scientiam, uel desiderium significant, uel ijs contraria, ut Artis peritus, uirtutis æmulus; Et uerbalia pleraque, ut tempus edax rerum, cupidus uitæ, &c.

Datiuum Acquisitiua nomina, scilicet quæ lucrum, uoluptatem; gratiam significant, & ijs contraria, ut Vtilis alijs inutilis sibi. Et quæ aptitudinem, uel propensionem animi, ut aptus studijs, uel ad studia, & uerbalia in bilis, ut mors formidabilis omnibus.

Genitiuum; uel datiuum suscipiunt respectum aliquem significantia, ut similitudinis, æqualitatis, consanguinitatis; &c. ut seruus similis Domini, uel domino, filius patris; uel patri, consanguineus illi, uel illius, &c.

Accusatiuum, uel Ablatiuum Adiectiua. quæ loci spatium, uel mensuram significant, ut lignum crassum sex digitos, longum sexquipede.

Ablatiuum attributa laudis, uel uituperij; ut prudens consilio. Et nomina copiæ, uel inopiæ: ut onustus diuitijs, & interim cum genitiuo, ut diues pecoris.



De Nominibus superlatiuis, & Comparatiuis.

Superlatiua nomina Genitiuum regunt pluralem, ut Cicero doctißimus Romanorum, uel singularem nominis collectiui, ut Doctißimus populi Romani.

Comparatiua similiter genitiuum regunt pluralem, quando duas res eiusdem generis diuidunt; ut fortior manuum est dextera.

Aliâs cum ablatiuo construitur comparatiuum, ut Achiles fuit fortior Hectore.

Qui Ablatiuus potest mutari in Nominatiuum cum dictione quâm, ut Achiles fuit fortior quàm Hector.

Aliquando, tam comparatiua, quàm superlatiua ponuntur cum casu sui positiui, ut patri similior & simillimus. Aliquando absolute, sine ullo casu, ut est uir sapientißimus est senior, idest ualde senex.

Abusiua comparatio est, quando res non conuenit in ea qualitate, aut genere, in quo fit comparatio, ut nix est albior coruo.

Comparatiuum exponitur per positiuum & magis, ut doctior, idest, magis doctus.

Superlatiuum exponitur per positiuum & maximè; Doctißimus, idest maximè doctus.

A quibus fiunt comparatiua, & superlatiua,

Fiunt comparatiua á nominibus quidem Adiectiuis secundæ declinationis à genitiuo addito or, & Superlatiua, addito ßimus, ut albus, albior, albißimus. A nominibus ue-

ro tertiæ, a Datiuo, eiſdem additis; ut fortis, fortior, fortiſsimus.

Excipiuntur nonnulla, quæ non ſequuntur communem regulam, ut bonus, melior, optimus. malus, peior, peſsimus magnus, maior, maximus, multus, plus, uel pluris, plurimis; cum alijs.

Scholium.

De Nominibus, Diminutiuis, Patronymicis, poſſeßiuis; & Relatiuis; cum quibuſdam alijs; ſigilatim diſcernere; ſuperfluum duximus. Nam & tenera pucrorum ingenia nimium grauarentur; & ſi quid dignum in eis ſcitu reperitur, in Syntaxi pleniori poſtea dicetur. Sed nec ad conſtructionem id maximopere refert. Eſt autem Diminutiuum, quod diminuit ſignificationem primitiui, ut libellus. patronymicum; quod ſignificat filium, uel filiam nepotem, uel neptem, uel ex poſteris aliquem, ut Priamides, filius Priami. Poſſeßiuum eſt, quod ſignificat poſſeßionem, ideſt cuius res aliqua ſit, ut Octauianus; ab Octauio. Relatiuum eſt quod aliquid ante dictum refert eſt autem duplex. Relatiuum quidem Subſtantiæ, quod refert; antecedens ſubſtantiuum; ut qui; quæ; quod. Relatiuum; uero accidentis; quod refert antecedens adiectiuum; ut qualis; et quantus. Sed iſthæc pueris parum utilia; Præceptorem ea mo nuiſſe; ſit ſatis & noſtri conſilij cauſam aperuiſſe; nunc ad reliqua pergamus. Sequitur de quatuor orationis partibus indeclinabilibus.

guineus; aſfinis; agnatus; conſobrinus: uicinus: ſocius: unicus: etc.

4. Latus: longus: profundus; altus; baſſus: &c.

5. Prudēs, imprudēs: pulcher: deformis; nobilis; ignobilis, fortis: imbecillis: temperās, intēperās. Item diues pauper; orbus: cæcus: claudus. &c.

De Præpositionibus.

PRæpositiones; quæ regunt Accusatiuum, sunt xxx. Ad apud ante, aduersum, uel aduersus, cis, citra, circum, circa circiter contra, erga, extra, intra, inter, infra, iuxta, ob, penes, per, propê; post, pone, propter, præter, secundùm, supra secus, trans, ultra, uersus, quibus adijci potest usque.

Præpositiones, quæ regunt Ablatiuum, sunt 15. A, ab; abs; absque, cum, coram, clam, de é, ex, pro, præ, palâm, sine; tenus.

Præpositiones quæ modó Accusatiuum, modó Ablatiuum habent, sunt quatuor, In, sub, super, & subter.

De Aduerbijs.

1 ADuerbia tam uerbis quàm nominibus iunguntur, ut pulchrê dixit: egregie doctus, imo & aduerbijs, ut parum prudenter.

2 Aduerbia quædam loci, & temporis Genitiuis inueniuntur iuncta, ut ubi terrarum? Nunc temporis, sed Pridie, & Postridie etiam Accusatiuo, ut pridie eius diei, & postridie compitalia.

3 Aliâs Aduerbia sine ullo casu plerunque efferuntur, ut quo iuit huc uenit, benè, malè, &c.

De Aduerbijs locorum, & eorum significatione.

Esse in loco significant ubi, idest, in quo loco? hic. istîc, ibi, illi, &c.

Motum

Motum ad locum. Quo, idest, ad quem locum? huc. isthuc. illuc. &c.

Motum à loco. Vnde, idest, à quo loco? hinc. isthinc. illinc. &c.

Motum per locum. Qua, idest per quem locum? hac, isthac, illac, &c.

Versus locum. Quorsum? horsum, isthorsum, illorsum, &c.

Vsque ad locum. Quousque? hucusque, istucusque illucusque, &c.

Coniunguntur cum uerbis significantibus eundem motum, & locum, cuius sunt de quibus diximus.

Ex ijs interrogant sex, Vbi? Vnde? Qua? Quo? Quorsum? & Quousque, cætera respondent, ut quo iuit, isthuc, illuc, &c.

De coniunctionibus.

Coniunctiones Copulatiuæ, & Disiunctiuæ copulant similes casus; ut Martyres, & Virgines, & Doctores coronantur laureolis.

Similem uim habent, an, nisi, quàm, præterquàm; cæteræ quoque coniunctiones ferè semper simile; copulant; ut albus, an alter homo sit, nescio.

Sed modos, & tempora etiam dissimiles copulant, ut & dixi, & dicam, & dico, & copulant quoque quascunque aliàs orationes partes.

De Interiectionibus.

HEi, & O, cum Nominatiuo, uel Accusatiuo, ut heu pietas, ó patria, heu me. Hei & Veh cum Datiuo; ut hei mihi ueh tibi. O uocantis cum Vocatiuo, ut ó bone IESV Aliæ interiectiones ferê sine casu efferuntur; ut papê, apage, hui, ohe, ha ha he. &c.

Ordo constructionis, seu declarationis Authorum, qui quidem est naturalis, & consuetus modus loquendi, ac primus, & simplicissimus.

1 Loco, Nominatiuus agens, uel patiens dans suppositum uerbo collocatur, & is primo sumendus in ordinanda litera auctoris.

2 Loco, uerbum.

3 Casus uerbi, inter quos primus Accusatiuus, si sit, & deinde alius casus post Accusatiuum.

4 Vocatiuus, si sit etiam ante Nominatiuum, cum aduerbio uocantis, aut interiectione.

5 Ablatiuus absolutus quo uis loco potest accipi seorsum.

Item hæc obseruanda.

1 Adiectiuum cum suo substantiuo semper coniungendum, uel proximê post illud.

2 Aduerbium proximè cum uerbo, uel post casus uerbi sumendum.

3 Coniunctio ante nomen, uel uerbum, uel orationem,

quam coniungit, aut ſimul cum ipſis, & ſimiliter interie=ctio cum ſuo caſu ante alia.

4 *Duo uerba ſi ſint in eadem oratione finiti modi prius cum ſuis caſibus, deinde Infinitiuus cum ſuis. Et inter alia, indicatiui prius, aut etiam imperatiui, deinde alterius modi.*

5 *Duo nomina ſubſtantiua, ſi ſint, Rectus ante Obliquum.*


6 *Demum ſi dictio aliqua deeſt, eſt ſubaudienda, uel intelligenda.*

FINIS SYNTAXIS.

Laus Deo & Domino noſtro Ieſu
Chriſto & Virgini Sacr.
Mariæ matri eius.
Amen.

SCHOLIA QVAEDAM IN SYNTAXIM.

1 De fine modo, & ordine, ac utilitate huius compendij Syntaxeos.



1 *Necesse planè uidetur, pueris initio facillimam aliquam componendæ orationis rationem proponere, qua simplicem structuram sermonis, & cognoscant, & cognitam conseruent; quam consuetudinem plærique Grammatici, quos in hoc genere nos imitamur, non immerito seruarunt.* Igitur *compendium hoc* Syntaxis *per singulas octo partes orationis progreditur.* Et *in singulis præcepta quædam selecta, prima, & facillima & communiora continentur, et quæ ad emendatam orationem satis esse uideantur.* Nempè *primo loco communes concordantiarum* Canones, *seu regulæ ponuntur, tanquàm omnium primæ, & maximè necessariæ.* De*inde uerborum regulæ per species distributæ, tum sub speciebus uerborum significationes collocantur.* Nam *per solas species planè nescitur, quæ uerba, cuius sint speciei:* Modo *uero per ipsa significationum genera cognoscuntur; sed neque per solas significationes uerborum exclusis speciebus, certa constructio perspici poterat, atque ideo utrunque coniunximus, quod fuit utilius.*

2 *Id etiam aliud ex hoc utilitatis nanciscimur, ut qui*

aliam quamuis Syntaxin forte didicerit, aut inceperit di- scere, siue per significationes, ut Neotericorum authorum, siue per species, ut antiquorum, facile in hac poßit profi- cere. Siquidem, & illorum significationes, & istorum spe cies, & exempla, quantum fieri potuit, etiam ordine serua to retinemus. Postremò quædam alia substantiui uerbi, impersonalium infiniti, Nominum comparatiuorum præ- sertim, & superlatiuorum, gerundij, ac supini, cum alijs pauculis aliarum partium orationis, præcepta & utiliora, & faciliora, & usu frequentiora traduntur; Quæque pue rorum ingenijs uisa sunt magis accommodata, alia uero re secuimus.

3 *Iam in uerborum exemplis singulis apponitur secun da uerbi persona, & præteritum, ac supinum, & uernacu- la tandem interpretatio; placuit enim in hac re, tum alio- rum Grammaticorum, tum præcipuè Italorum consuetu- dinem sequi. Nam cum pueri antequam de præteritis au- dierint, incipere debeant in his exerceri; necesse prorsus fuit, formam coniugationis illis ostendere, & præteritum, & supinum uerbi, cum eius significatione proponere: ut per omnia tempora, & modos rationem reddere, & con- structionem uariare poßint.*

4 *Ad marginem uero plura uerba adduntur, ad idem genus significationis spectantia, licet ea pueri memoriæ mi nime sint mandaturi, tum ut magistri si uelint in pluribus adhuc exercere pueros, poßint, & habeant ad manum pa rata exempla, quibus utantur, tum ut ibi quoque aduertant discipulis atque intelligant sub illis significationem ge- neribus non solum posita intra Syntaxim, sed plura quo- que contineri. Tum demum, ut ibidem inspicere poßint uerba, quæ fortè in alijs Grammaticis antea didicerint.*

Et demum, ut praecepti ubertas, ac foecunditas appareat.

5 Est autem hoc Syntaxis plenioris (quam postea sunt audituri) breue compendium, ut eodem ferme ordine, ac uerba traditur, ut ex hoc ad illam, quae ad elegantiam est comparata facilior sit, & cum maiori fructu transitus, ita ut qui hoc didicerit (ut quisque experientia ipsa comperiet, cum ad Syntaxim eam perueniet) bonam illius partem uideatur didicisse. Concluditur autem tanta breuitate, ob facilem puerorum captum, secundum illud Horatianum.

Quicquid praecipias esto breuis, ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.

Sed cum ita sit breuis, nihil (nisi fallimur) ad eum, quem cupimus finem, deest. Atque hic modus, ratio, & ordo, quem diximus, est huius compendij Syntaxeos.

2 De modo docendi, & exercendi in Concordantijs Declinandi, & coniugandi. &c.

Iam uero addenda uidentur nonnulla scitu digna, ac tum discipulis, tum Magistris cùm primis necessaria. De Ratione uidelicet, & exercitationis modo in Concordantijs; ex agnoscendo nominatiuo uerbi, persona agente, ac patiente, & Exercitationibus reliquis ipsius Syntaxeos; Thematisque compositione; De copia exemplorum cum nonnullis alijs. Ac postremò uisum est ex re fore, si compendiolo totam complecteremur Syntaxim, ut in numerato habere studiosi uno uerbo uniuersam possint, postquám eam didicere.

1 Cum primum igitur pueri Accidentia Nominis, & uerbi à primis rudimentis posita didicerit, tradendæ ei uidentur ordine concordantiæ; ut in eis pariter, & in omnium octo partium accidentibus agnoscendis exercentur epistolis etiam Ciceronis facilioribus, uel simili alio authore pro ipsorum captu expositis, quæ exercitandi materiam præbere poßint. Syntaxis ipsa deinde, simul cum Regulis generum, & præteritis, ac supinis uerborum addiscenda.

2 Aliquibus forté uidebitur prius docendum esse de generibus, declinationibus, & præteritis, deinde tradenda Syntaxis alijs contra. Videtur autem utilius fore, si simul misceantur & genera cum Concordantijs, & reliqua cum ipsa Syntaxi pariter addiscant.

3 Exercitationis uero modus in concordantijs erit, ut proposita concordantia uulgari sermone, & datis uocabulis, ipsi latiné dicant, & connectant, uel proposita concordantia latina petere quæ, & qualis & per quam regulam ac deinde alteram, atque alteram offerre. Item tertió erit utile, ut declinent substantiuum cum adiectiuo, præsertim Ciceronis ipsius, ut tempus fallax temporis fallacis, &c. exitus fœlix per omnes casus & uerbum uná cum nomine, per uaria tempora, & modos, & numeros, &c.

4 Iuuerit etiam plurimum, si assuefiant data quauis uoce uerbi latina cuiusuis temporis, & personæ, statim reddere uulgari sermone, & contra, data uoce uulgari, reddant latinam, quæ illi respondeat, ita ut agnoscant cuius ea uox sit temporis, modi atque personæ. Quæ si probè norit studiosus, facillimus erit ad compositionem transitus.

5 Nec minus erit utile, ut omnia nominum, & uerborum, ac aliarum octo partium orationis accidentia in ipsamet lectione Ciceronis quotidie cognoscant, & in ijs à præceptore diligenter examinentur. Quorum ipse quoque inter docendum, præsertim dificilium, admoneat.

6 Declinandi autem, & coniugandi nomina, & uerba, summa adhibenda cura, siquidem hæc una res basis est, & fundamentum totius futuri ædificij linguæ latinæ. Atque ideo multum in ea temporis, & operis antequâm ad compositionem accederent, esset collocandum. Sed nec postea negligenda, aut intermittenda erit. Hic autem modus & ordo uideretur, utilis, si quotidie aliquot nomina Ciceroniana, uel lectionis, uel aliunde à præceptore collata quatuor uel quinque, pluraue declinarent aliquoties, & hodie quidem per primam declinationem, sequenti die per secundam. Tertia, per tertiam, Quarta per quartam, & Quinta die, per declinationem quintam, imo & sexta per anomala Nomina, ac rursus alia nomina, eodem ordine perpetuò circulo, eodem quód prorsus modo uerbum unum quotidie inflecterent per omnes modos, & tempora utriusque uocis actiuæ, & passiuæ, per primam coniugationem prius, altera die per secundam, tertia per tertiam, & Quarta per quartam coniugationem, ac quinta per anomola, & eorum composita, qualia sunt, uolo, nolo, malo, fero, sum, &c. in qua re si discipuli profecerint, breui tempore magnos in compositione fructus facient, aliàs oleum, & opera peribit.

§ De agnoscendo Nominatiuo uerbi, & persona agente, ac patiente.

Maximè rursus curandum, ut pueri cognoscant; quæ sit res, uel persona agendi, quæ patiens; nam id ualde necessarium est ad compositionem: in his plurimum cœcutiant. Id signis istis puerilibus, aut similibus alijs deprehendent.

1 Persona agens est, chi fa, chi ama, chi legge chi insegna &c. patiens chi è fatto, chi è amato, chi è letto, chi è insegnato &c.

2 Vel ita, agens est, cui conuenit actio illius uerbi, patiens, cui conuenit paßio eius uerbi, idest agens qui agit, patiens qui patitur. Exemplis illustrabit Magister.

Item in genere, quis sit nominatiuus uerbi (siue sit uerbum actiuæ, siue paßiuæ, significationis) sic cognoscent, erit ille, de quo dicitur tale uerbum, seu cui conuenit uerbum, ut cum dicimus docet, uideamus cui conuenit docere, & cum dicimus docetur, cui conuenit doceri 3. Vel ita, is qui ad interrogationem illius uerbi respondetur, ut quis docet? Respondebitur, ille, uel alter, &c. & ille erit nominatiuus uerbi, sic in paßiua uoce, si dicatur, docetur, interrogemus, quis docetur? & ille exit eius uerbi nominatiuus, quodcunque sit uerbum. Vti ergo poterit magister uno, aut altero istorum signorum, quod maxime probaberis.

4 De modo docendi reliqua Syntaxis præcepta, & in eis studiosos, exercendi.

Tam in prædictis, quam in futuris uerborum speciebus, & significationibus uaria esse poterit exercendi ratio, non solum ut ea memoriter teneant, repetant, ac sciant sed multo magis, ut ad Praxim, in exercitatione, & sermone, & Compositione quotidiana deducant, sed nec ulterius docendo Progredietur, quousque præcedentia præcepta probe norint, & per illa componant; atque ideo initio bis, aut ter in hebdomada tantum hæc docere satis esse uidetur, ilijs diebus toto ipso lectionis tempore, ea repetere, & in eis exercere conueniet.

Quadruplex ergo exercitatio inter alias uidetur, prima dando orationem aliquam uulgari sermone, ut eam reddant statim latine, nunc per has, nunc per illas regulas, & in eisdem regulis per has, uel illas significationes, per hæc, aut illa uerba. Secunda ut eandem orationem, uarient multis modis per actiuam, paßiuam infinitum, per uarios modos, personas & tempora; immo & per participium & Gerundium, & supinum, cum id fieri poterit. Item uarient per uaria uerba, Synonima eiusdem significationis istiusmet Syntaxis. Tertia, proposito uerbo aliquo, petere cuius sit significationis, & cuius speciei, ac regulæ, quem casum regat, & similiter significatione aliqua proposita uerborum ut uerba amandi, uendendi, cuius speciei. &c.

Quarto. Item contra proposita oratione aliqua latina, petere ubi sit nominatiuus uerbi; & quod principale uerbum? ubi casus uerbi? per quam constructionis regulam? & hoc in ipsa lectione Ciceronis quotidiana multum iu-

uerit, tum à Magistro inter docendum amatori, tum in eisdem quotidie discipulos examinare diligenter, ut in ipsomet Cicerone, & authore tum partes omnes singilatim orationis, & eorum accidentia, tum constructionem agnoscant.

Quinto demum ad memoriam proderit petere ipsa præcepta, & ut ea memoriter recitent, & exponant, & exemplum reddant, subinde ut omnia uicissim, uel per partes recitent. Tandem non solum iuuerit hæc fiant examine quotidiano, & particulare singularum regularum quotidie lectarum; sed nonnunquam generale omnium saltem semel, aut bis in mense.

5 De thematis compositione.

Tandem post aliquantulum progressum, ut cum tres, uel quatuor species actiuorum, Exempli gratia, audiuerint, & in eis iam sermone se exercuerint, componere incipient scripto dictata quotidie, & Themata, tum in gymnasio, tum extra. Expediet autem themata esse perexigua, præsertim initio duorum, aut trium uersuum, ex nominibus & uerbis ipsius Ciceronis magna ex parte collecta, & ex Syntaxi ipsius, ac præcepti proxima die prælecti, uerbis, uulgari sermone dictata, additis nonnunquam aliquibus ad pietatem, & bonos mores, dabuntur uocabula elegantia præsertim difficiliora, quæ superinscribant uulgaribus, ut ea postea ipsi connectant; quæ themata à præceptore correcta in commentariolum transcribere poterunt discipuli, quem tum ad hoc, tum ad dictata singularum lectionem excipienda paratum habebunt.

GERVNDIA.

1 *Amandi, in significatione.*
- *actiua*
  - *d'amare*
  - *per amare.*
- *paßiua*
  - *d'esser amato*
  - *per esser amato.*

2 *Amando*
- *actiue*
  - *amando*
  - *in amare*
- *paßiue*
  - *essendo amato.*
  - *in amarsi.*

3 *Amandum*
- *actiue*
  - *ad amare*
- *paßiue*
  - *ad esser amato*
  - *ad amarsi*

4 *Et cum est nominatiuus cum uerbo (est) significat amandum, conuiene, è necessario, è degno di*
- *amare*
- *esser amato*
- *amarsi*

SVPINA.

1 *Amatum*
- *actiue,*
  - *ad amare*
- *paßiue,*
  - *uapulatum, ad esser battuto,*

2 *Amatu sem per paßiuè.*
- *ad esser amato,*
- *ad amarsi.*

PARTICIPIA.

1 Amans — actiuè: amante che, ouero ilquale ama, ò amaua amando. — paßiuè: uapulans, che ouer ilquale è battuto.

2 Amatus — paßiuè: 1 amato 2 che ouero ilquale è & era amato, è stato amato essendo stato amato — actiuè: 3 sequutus, chi hà seguito.

3 Amaturus — actiuè: 1 da amare 2 chi, ouero ilquale amarà. 3 per douer amare. 4 è sum amaturus: 1 ho da amar 2 son per amar. — paßiuè: uapulaturus, chi, ouero ilquale ha da esser battuto

4 Amandus semper paßiuè.

1 da esser amato
2 chi, ouer ilquale sarà amato
3 per essere, & douer esser amato
4 hauendosi ad amare.

Quamuis hæc usu, & exercitatione potius agnosci debeant.

8 Compendiolum seu summa totius Syntaxeos.

Vniuersam hanc Syntaxim breuißimo quis posset compendiolo complecti tribus ijs regulis, quibus omnium dictorum recordari posset.

Omnia uerba actiua, & actiuam significationem habentia scilicet neutra transitiua, & deponentia transitiua, & communia in significatione actiua uolunt ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patientem.

2 *Omnia uerba paßiua, &c. paßiuam significationem habentia scilicet deponentia paßiua, & neutra paßiua, & communia in paßiua significatione uolunt ante se nominatiuum patientem, & post se ablatiuum personæ agentis cum, a, uel ab.*

Omnes species neutrorum, & deponentium præter primam speciem, habent eandem constructionem, quam habent actiuorum species ultra Accusatiuum.

4 *Posset deinde si uellet quis, per singulas species singulatim colligere earum significationes, ut primæ speciei,*

Actiuorum uerba amandi, sentiendi, intelligendi, &c. secundæ speciei emendi, uendendi, absoluendi, damnandi, &c. atque isto summatim ordine significationes omnes colligere.

5 *Et tandem regula generali omnium uerborum supra posita, & casuum, quos omnia habere possunt.*

Quo sanè pacto nullo negotio, totam Syntaxim memoria complecteretur, & quasi extremis digitis in numerato haberet paucißimis uerbis comprehensam.

9 Alterum Compendiolum.

1 *Posset adhuc ad maius redigi compendium; primo illa regula omnium uerborum generali proposita: & altera uerborum Actiuæ significationis, & Tertia uerborum paßiuæ significationis, ut diximus. Deinde solum addere hæc. Quædam uerba actiua ultra accusatiuum habere genitiuum, uel ablatiuum criminis, uel pœnæ, scilicet Accusandi, uerba damnandi, & absoluendi, item monendi. Quædam duplex accusatiuum, ut docendi, rogandi, & petendi, ac uestiendi. Item neutra quædam, & deponentia genitiuum, scilicet uerba misericordiæ, & memoriæ. Et ablatiuum uerba copiæ, uel inopiæ, utendi; & fruendi, & in his complecteretur omnem constructionem uerborum; cuius ratio hæc est.*

2 *Nam poßeßiua alia, & Acquisitiua omnia, & effectiua; nec non absoluta sub regula generali essent conclusa: si quis rectè perspexerit, imo & similium copulatiuorum uerborum constructio communis esse potest omnibus uerbis, ut scilicet post se regant nominatiuum sui suppositi, iam transitiua reliqua sub altera uerborum actiuæ significationis*

gnificationis regula comprehensa essent. Neutra passiua, et deponentia passiua sub tertia Regula, scilicet uerborum passiuæ significationis. Imó & actiua separatiua sub eadem siquidem in ablatiuo ponitur persona, á quo est aliquid, uel fit, seu á quo datur, uel accipitur, cum præpositione a uel ab, post quoduis uerbum.

3 *Verum enimuero, quamuis eiusmodi compendiolum post auditam Syntaxim ad memoriam posset conducere, tamen antequam eam quis audierit, neminem putarem eo solo posse proficere; nisi uir alioqui esset magni & acris ingenij, & exercitatione, quod deest, aßidua consequeretur, sed de his, ista sufficiant. Laus Deo, & Domino nostro IESV Christo, & Virgini Sacratißimæ Mariæ: Matri eius gloriosißimæ. Amen.*

10 Scholium de figuris.

Inutilis plané, ac perdifficilis esset hoc loco pueris figurarum cognitio, quousque maiores in literis fecerint progressus; atque ideo ad pleniorem eas Syntaxim, longe utilius, ubi maiori cum fructu ab eis cognosci poterunt, reseruauimus. Nunc de generibus nominum agendum

DE GENERIBVS NOMINVM.

SCHOLIVM.

DE Etymologia iam agitur, quæ quamuis natura prior ſit Syntaxi, & prima grammaticæ pars, (ut potè quæ de ſimplicibus agat, octo orationum partibus, earum uim propriam, & naturam oſtendens, ut antea diximus) tamen doctrinæ ordine hic eam collocare debuimus. Quòd faciliora ipſius etymologiæ in primis rudimentis ſint tradita ante Syntaxim; hic autem difficiliora quædam ſint, uidelicet de generibus, præteritis, & ſupinis uerborum, cum quibuſdam declinationum regulis reſeruata. Quæ quidem unâ cum Syntaxi, pari progreſſu erunt addiſcenda, ut ſuperius monuimus.

SCHOLIVM ALTERVM.

De fine, modo, & ordine iſtius tractationis de generibus.

REuglas omnes uoluimus tam generum quâm præteritorum, proſa oratione ad faciliorem intelligentiam; exceptiones uerò præcipuas præſertim carmine ad firmiorem memoriam tradere; tum etiam quia hac diſtinctione, & uarietate & melius utraque retinen=

tur, & clarius elucent. Aliâs obscuriores fiunt regulæ, & in frustra secantur, ac detruncantur, & noua præterea indigent per se paraphasi: ut initio diximus, quam rursus cum iactura temporis discant pueri. Item quod maximi est momenti, cum regulæ carmine traduntur, memoria quidem uerborum, sed non iudicium exercetur; At prosa oratione, tum iudicium, tum maximè rei ipsius cognitio quæritur, & adhibetur; exceptionibus autem retinendis magis conueniunt carmina; quòd nullum ibi iudicium, sed sola nominum enumeratio requiratur ad memoriam. De qua re iam plura supra diximus.

In carminibus autem habuimus quoque rationem facilitatis, & perspicuitatis potißimum. Item distinctionis, & diuersitatis exceptionum, & ordinis: ut clara essent carmina & captui puerorum accommodata, quemadmodum quisque poterit agnoscere: utque singulæ exceptionum diuersitates ab initio carminis inciperent. Quod plurimum etiam ad memoriam, & intelligentiam conducit. Ne ut quibusdam accidit, carmina essent quasi sybillina, & præstigijs incantantium præ nimia obscuritate simillima.

Igitur de generibus ordo, & methodus, quo ea tractamus, sic habet. prius de adiectiui, quòd facili negocio discantur, deinde de substantiui generibus, quæ difficilius. Ac in istis tum de ijs quæ per significationem cognoscuntur, tum de alijs quæ per solam terminationem. At hæc rursus per singulas declinationum terminationes distinximus; quod hic longè sit facilior modus, & expeditior ad memoriam, & ad intelligentiam, & aptior ad exercitationem, quàm in distinctè, ordine terminationes solas persequi.

In regulis adhibentur exempla, quibus illustrentur, utque in ipsis potißima sit exercitatio; non solum in exceptionibus ut assolet, atque ad eum finem siluam quoque adhibuimus exemplorum, ultimo scholio post genera ut exercitationi abunde suppeterent.

Ea præterea, quæ rarioris usus erant, uel incognita, uel obsoleta, separauimus; ne pueri obruerentur, & retardarentur eiusmodi inutilibus nominibus; tamen suis ea locis sub scholio collocauimus; ut si cui libuerit, ea poßit inspicere. Breuitas autem tanta fuit, ut triplo minori tempore, quàm antea hæc disci poßint, uel decem lectionibus, ut ipsa ostendet experientia. Claritas ea, et perspicuitas ut ue sine Magistro ipsi ferè poßint per se discere discipuli & ut uno tandem uerbo dicam, speramus nos in regulis splendorem, in præceptis claritatem, in exceptionibus distinctionem, in carminibus facilitatem, in omnibus denique breuitatem, rectum ordinem, ac methodum, tum cognitioni, tum exercitationi commodum adhibuisse. Apposuimus præterea scholia quædam rerum scitu neceßariarum, & dignarum, ubi expedire uidebatur. IESV Redemptori nostro omnium bonorum Auctori, & Virgini Sacratißimæ MARIAE matri eius gloriosißimæ sit laus, & honor, & gloria in æternum Amen. Igitur de generibus nominum tractatio sic habet.

DE GENERIBVS NOMINVM.

Quædam nomina per significationem; quædam per terminationem agnoſcuntur modo qui ſequitur.

Adiectiui.

Omnia nomina adiectiua, participia, & pronomina unius terminationis ſunt omnis generis, ut hic, & hæc & hoc fælix, Ego, tu, ſui &c.

Duarum terminationum, in prima ſunt maſculini, & fœminini, in ſecunda uero neutris, ut hic & hæc fortis, & hoc forte.

Trium autem terminationum, in prima ſunt maſculina: in ſecunda fœminina, in tertia neutra, ut bonus, a, um, acer, acris, acre, ille, illa illud:

Subſtantiui.

Regulæ ſignificationis.

Maſculina.

Nomina propria & appellatiua uirorum, Deorum, Angelorum, Dæmonum, officiorum uirilium; & quæcunque ſolis maribus conueniunt, ſunt maſculini generis: 1. Ioannes pater, Iupiter, Michael, Sathanas, ſcriba: uir.

Sic menſium, uentorum & fluuiorum:

Fœminina.

2. Aprilis, Boreas Tyber.

1. Eustechium, mater, Caliope, Deiopeia. Alecto, uxor, nurus.

2. Formio cedrus, triremis. neapolis: Rhodus, Italia

Nomina propria, & appellatiua fœminarum, dearum, Musarum, nympharum, & furiarum, officiorum muliebrium, & quæ solis fœminis conueniunt, sunt fœminini generis.

Sic poematum, Arborum, Nauium, Vrbium, Insularum, ac Regionum.

Scholium.

Caeca gentilitas multos Deos, & Deas falsos, mares & fœminas, necnon musas, furias, & alias similes fabulas, ac Poetarum figmenta ex Dei ueri ignoratione confinxit, cum unus tantum sit Deus, & boni Angeli, ac mali, scilicet Dæmones; quos illi tamquam Deos uenerabantur.

Neutra.

1. Fas, nephas, uirus: hoc b, hoc c.

2. Clarum mane, triste uale.

3 Tēplum scamnum, Toletum, Mediolanum, Hebenum, pyrum, &c.

Nomina indeclinabilia, ut uirus; & literarum, ut B. sunt neutrius generis. Et quæ uis dictio loco nominis, uel materialiter posita, ut, scire tuum, homo dissillabum, & omnia in um, cuiusque significationis; præter propria hominum.

Communia.

Quæ mari, & fœminæ sub una terminatione conueniunt, sunt communia; ut hic & hæc incola. Ac si alijs quoque rebus conueniant, erunt om=

nis generis; ut hic & hæc & hoc de gener. Sed hæc erunt adiectiua, saltem significatione.

1. *Hic & hæc homo hæres: præsul infans. Augur.*

Dubia.

DVbium cum est an sit mas, uel fœmina: dubium plerumque est genus; ut piscium, uolucrum, ac ferarum. Vel sub uno tunc genere, mas & fœmina significatur; & dicitur epicœnum, ut hic passer, hæc Aquila. Sed hæc utraque ex terminatione.

2. *Hic & hæc et hoc comas, superstes: decolor.*

Exceptio Arborum.

1. *Hic uel hæc sus, grus, perdix, bubo.*

Mascula sunt, spinus, dumusque, oleaster amarus.
Neutra, syler, suber sunt, thus, & robur, acerque.
At dubia hæc. Libanus, pinus, rubus, atque cupressus.

Exceptio Vrbium.

Toletum, Mediolanum, &c.

Singulariter tantum declinata.

Hic sulmo, hic aut hæc, dat Abydos, & insula lesbos:
Quod sit in um Neutrum est; cum Tybur, & Argos, & hispal.

Pluraliter tantum declinata, tàm Vrbium, quàm aliarum rerum.

Flexa in plurali tantùm, urbes, aut reliquæ res:
I, sunt mascula, sunt Ae, fœminea, ac in A, neutra.
Vt gabij, & fasti, Thebæ, & nugæ, Solyma, arma.

Es, quoque mascula, ut annales, has excipe fauces,
Ambages, naresque, fores, sordesque, gadesque,
Alpes, ædes, fœminæi quoque nomina sexus.

I. Scholia in regulas significationis.

1. Loca — Hic Agragas, & hic Almo, hoc Cim, Cære, Zeugma, Nepet, Præneste, Reate. hoc uel hic Anxur; Ignotiora sunt locorum nomina, quàm ut à Pueris disci conueniat.

2. Arbores — *Cum arbor in us desinit, fructus plærunque fit neutrum, in, um, ut hæc pirus, hoc pirum, hæc malus, hoc malum, hæc cerasus, hoc cerasum, &c.*

Hic platanon, locus potius est platanis consitus, non ipsa platanus, hoc suber etiam masculinum, raro reperitur, dicitur & hoc robur, uel robor.

Fluuij. 3 *Item Styx, & lethe fœminina sunt, quia paludes potius, quàm flumina esse fingebantur, ut* Arethusa *etiam, quia fons est potius quàm flumen; uel* Musæ *cuiusdam nomen.*

Naues. 4 Lynther, *parua nauicula, raro masculino genere reperitur, sed potius fœmininum est, per regulam supra positam, nauium.*

5 Ex *pluraliter diclinatis, hæc fœminina, charites, cautes, grates, lactes, rarioris sunt usus.* At *uero, hæ opes & dapes, & compedes, in singulari etiam aliquando reperiuntur, & ideo ea omisimus.*

6 *Non solum finita in,* I, AE, A. *pluraliter tantum declinata sed etiam omnia pluralia, quamuis habeant singulare, sequnntur prædictam regulam,* In *us, uero, unum tantum reperitur pluraliter declinatum scilicet* Idus, *us per*

quartam, estque fœminini generis, ut postea dicetur.

7 Rei pictæ idem est Nomen & genus quod ueræ.

8 Animaduertendum autem est, aliquando minus commune coniungi generi communioris subintellecti, ut magna Bubo, idest auis magna. sic literarum nomina fœminina, quia intelligitur litera. ut hæc, a. Et fluuiorum, quia intelligitur aqua, ut hæc albula uel Neutra quia subintelligitur flumen ; ut hoc lader &c.

2 scholium alterum, De Agnoscendo Nominis Genere.

1 Proposito quouis nomine, primo significatio spectanda, ac uidendum, num substantiuum sit, an adiectiuum. Substantiuum erit, si tantum mari conueniat. aut si tantum fœminæ, aut si tantum alijs rebus. item si mari, & fœminæ tantum, etiam erit substantiuum. At si mari, & fœminæ & simul alijs rebus, tunc erit Adiectiuum. Siue id sit sub una, siue sub duabus, siue sub pluribus terminationibus.

2 Iam ergo si sit adiectiuum, per regulas adiectiui ; Si substantiuum per regulas substantiui erit agnoscendum. Quód si in significationum regulis non contineatur, terminatio tunc erit perpendenda ex sequentibus terminationum regulis.

3 scholium De Adiectiuis.

1 Notatu Dignum est, Omnia adiectiua ratione significationis sortiri genera. nam quæ unius sunt uocis, con-

radi carent neutro genere, saltem in nominatiuo, Accusatiuo, & uocatiuo, & quia nunquam diuidunt casus, nisi solum in Accusatiuo singulari, ab aliquibus uocantur, substantiua trium generum, sed Quæstio est de nomine.

4 Scholium. De communibus, & Neutris.

1 *Communia substantiua duorum generum figurate aliquando iunguntur Neutris, ut Lucanus in primo dixit, in dice bello, nisi mauis tunc per Appositionem dici.*

2 *Neutra usurpatur uox materialiter posita, ut diximus, tamen aliquando etiam tunc retinet suum genus, ut fides appellata est, quia fiat id, quod dictum est. Homo dictus, ab humo, atque hæc pro prouectioribus sub Scholijs extra regulas annotasse sufficiat.*

REGVLAE TERMINATIONIS.

Reliqua nomina, ex terminatione cognoscuntur, per singulas declinationes; idque ex declinandi formis, in primis rudimentis positis. Nam cuius illa sunt generis, erunt reliqua, quæ per illa declinantur, eiusdem terminationis, hoc modo. Scholium.

PRIMAE DECLINAtionis.

A, E, AS, ES, AM.

Nomen in A, & E, *primæ declinationis fœmininum* 1.Scientia

prudentia, gemma. est, ut hæc Musa, Penelope. In, As, Es Am, masculinum, ut hic Aeneas, æ, Prophetes, Adam.

2. Grammatice, epitome, rhetorice.

Exceptio in A.

1 Sunt tria masculea; Hic Hadria, hicque cometa planeta.

3. Gorgias Boreas: Tyaras.

Et græca omnia in es; Quæ sunt per a, uersa latinè.

2 Sunt tria Neutra hæc; cum pascha mammonaque manna.

4. Planetes, Achates, zelotes

3 Et tria sunt dubia hæc; Pantheraque, Damaque, Talpa.

5. Abrahā: Balan.

Scholium. Mamona aliqui masculinum tantum esse uolunt, & Deum diuitiarum solum significare uoce Syriaca, alijs, cum capitur pro diuitijs, placuit neutrum facere, quos sequimur. Item in as, es, am, primæ declinationis, non solum per regulam positam, sed etiam per solam significationem ferè omnia possent cognosci.

In es, græca pleraque latinè uertuntur in a, ut Prophetes, Propheta, sic Sophista Cometa, Planeta, &c. In am, penè omnia sunt, Hebrea, uel barbara, ut Abraham, Balam, Adam, &c. Mirtites, Absinthites, & Scyllites idest succus uel res condita Aromatibus Absinthio, Mirto, & Scylla herba, masculini sunt generis. Iuxta regulam, ab aliquibus neutra putabantur: Sed aliorum sententia plus placet qui masculina esse dicunt nisi cui potius placeat significatione esse adiectiua, & ita communia uel trium generum esse sed hæc pueris minus necessaria.

SECVNDAE DECLINATIONIS.

ER, IR, VS, & VM.

In er, ir, ur, & us, secundæ declinationis masculina sunt, & in, um, neutra. ut hic Magister &c. hic Dominus hoc templum.

1. magister, puer, uir, leuir, satur. 2. Cumulus, næuus, tribus. 3. Cœlum, gaudium, uerbum.

Exceptio in V. s.

Hæc duo fœminea, aluus, humusque, Ac pleraque græca, os, per, us, immutata latinè, quale papyrus.
Neutrum fit pelagus; sic uulgus masculeum olim.
Lecythus est dubium, ceu pampinus, ac paradisus.

Scholium.

Pauca quædam in us, ex græcis in os, masculina etiam sunt, per regulam, ut hic Zelus, Gyrus, Cyclus, Catalogus, Dialogus, Prologus, Scyphus &c. & dubia Atomus, Intybus, seu intubus, Pharus, Grossus, Carbasus & Phaselus, et uiminea Vannus, rarioris usus. Hæc diameter, græcum est uocabulum. In ur, unum tantum reperitur secundæ, scilicet Satur atque adeo reliqua omnino erunt tertiæ.

TERTIAE DECLINATIONIS.

Terminata in uocali.

Nomen in A, C, I. Tertiæ declinationis, est neutrius generis, ut hoc Poema, tis, ouile, synapi, in o, masculini, ut hic sermo.

1. Poema, dilemma, diadema. 2. Monile, sedile, mare.

3. Gummi synapi, &c.
4. Sermo uespertilio.

Exceptio in O.

In Do; Go. Et uerbale in Io; quod corporis expers.
Fœmineum est; ut lectio, rubigoque, nigredo.
At dubia hæc sunt, Bubo, Cardo, cupidoque Margo.
Hæc caro; & hoc pondo; hic ordo; harpago; udo; ligoque.

1. Lac; aliquid; animal: caput carmê, cochlear, murmur, cicer
2. Peã, delphin: canõ acr, æther splendor.

Terminata in consonante.

In C; D; L; I; & En; neutra. Item Ar; Vr; & herbæ; frustusque in er. Reliqua in N; uel R; masculina.
Excipitur hic sol; hic, & olim; hoc sal.

Exceptio in N.

En; quoque mascula quinque; lien; cum pectine; Lichen;
Splen; Ren; siue Rien; Python dubium; Hæc data sindon.

Eeceptio in R.

Fœminei generis tantum arbor; Mascula uero,
Lar; Cucumer; Furfur; Sulphur, cum turture; uultur.
Neutra cadauer; Tuber; Iter, uer; uerber; & uber;
Et spinther; marmor; cor; æquor; mas iubar olim.

Scholium,

In o; Margo; & cupido pro desiderio; rarius masculi-

nas ſæpe fœminina reperiuntur; finita in io, non uerbalia maſculina ſunt; ut puſio; ueſpertilio; item uerbalia in io; habentia corpus; ut hic pugio præter cœnatio; pro loco; ubi cœnatur; ſed pro cœnandi actione etiam uſurparetur fœmininum, á philoſopho. Hæc talio *uerbale eſt, nam & retaliare dicimus, hic cudo maſculinum eſt, ſed raro occurret.*

In; C; Halec *ſemper eſt* Neutrum; *Sed* Halex *fœmininum; unde in obliquis fœminino genere reperitur hanc halecem &c. ab* Halex; *non ab* Halec *deriuatam; alij uolunt etiam* Halec *fœmininum eſſe poſſe.*

In L; *hic mugil; & ſtrigil maſculina quidem ſunt; ſed rarioris uſus; ſtrigilis uero fœminino genere frequentius.*

In N; Hic Attagen; *auis quædam eſt; raro apud authores reperitur.* In on, *ſecundæ declinationis ſunt græca; ut pelion;* Ilion, Colon; & *Neutrius generis.* Nam *latine uertuntur in um; & ita ſunt* Neutra *per* Regulam *ſupra poſitam; ſequuntur enim genus græcum.* Alcyon, *potius fœmininum nomen auis; item hæc icon &* Adon; *fœminina; rarius tamen occurrent in* Authoribus.

In R; *iſthæc nomina; fœminina; lucar.* Bachar; & Neutra *hoc hir;* & Ador; *in* Authorum *lectione uix tibi unquam occurrent.* Item *hoc ruder; non ita doctis probatur; ſed hoc rudus; ruderis.* Hoc *cancer canceris; etiam tertiæ;* Neutrum; *rarum eſt; ſed ſecundum maſculinum eſt in uſu.* Carcer *aliquando* Neutrum; *ſed maſculino utendum genere, item hoc iter dicebatur; & hoc itiner olim.* Hoc *pyr; pyros; ideſt ignis græcum eſt nomen.* Tuber *ideſt teres fœtus; uel tumor corporis; neutrius*

est generis; pro arbore fœminini. Sed Tuber pomum, masculini generis est. Atque hæc omnia pro prouectionibus.

Terminata in s.

1. *Chartas ueritas. Iāpas.*
2. *Molas, merces labes.*
3. *Vilis, phrasis, basis.*
4. *Fles, mos.*
5. *Munus, frigus. Deeus.*

In As, es, is, fœminina. In os, masculina, & us, neutra, ut hæc potestas &c. hic flos, hoc tempus.

Exceptiones quinque, usu addiscendæ.

1 *As, tria, hic As, Adamas, elephas, hoc uas quoque uasis.*

2 *Es, mas, unus, pes, & quæ augent, tis, genitiuo.*
Vt palmes, sed deme, quiesque, resque, tegesque.
In diphthongo, hoc æs, æris, præs hic quoque prædis.

3 *Is sunt octo mascula, Aqualis, caulis, & axis,*
Et cucumis, lapis, unguis, sanguinis, uomis, & id, quod.
N, habet ante is, binaue consona ut amnis, & ensis.
Deme nouem, hæc, uallis, uestis, cum classeque pestis.
Et turris, puppis, peluis, cum cuspide, messis,
Et tria item dubia hæc; corbis, torquisque, canalis.
Nam puluis, finis, cinis, anguis, mascula sæpe.

4 *Os, tria fœminea; Arbos, Cos, Dos. Quatuor ista.*
Neutra, opos, & melos, & chaos, ac os oris, & ossis.

5 *Aus, sunt fœminea. Et polysyllaba, quæ retinent u,*
In Genitiuo, ceu uirtus, sed composita à pus,
Et Mus. masculea, atque lepus, dubia hæc duo, sus, Grus.

Scholium. Vsu rariora sunt hic Acynacis. Sotularis, hic Cenchris serpens, hic uel hæc Alcyonis, & clunis, &

Neutra.

Neutra, hoc ceras, hoc hyppomanes, & cacohetes quæ græca sunt; sicut hic Achates, pyrithes, & ophites, pretiosorum lapillorum nomina. item rarum est hic circites, idest circuli ex ære confecti, uepres aliquando, sed rarius masculinum reperitur: atque ideo omnia hæc, quod usu essent rariora, resecuimus caßis pro rete masculinum, pro galea fœmininum est.

In X, uel duabus consonantibus terminata.

In x, uel duas consonantes exeuntia, Monosyllaba quidem fœminina, ut arx, plebs, Polysyllaba uero masculina, ut triens, calix.

Exceptio.

Sex monosyllaba mascula, grex, fons, mons, quoque, dens, pons.

Hæc dato fœmineis Polysyllaba, Hiemsque, cohorsque.

Et smilax, fornaxque, phalanx, uibexque supellex,

Et carex, halex, forfex, cum forcipe, forpex.

Coxendix, cornix, ceruix, perdixque, coturnix.

Matrix, appendix, radix, lodixque cicatrix.

At dubia hæc, frons, stirps, scrobs, calx, cortexque, silexque,

Limax, lynxque, culex & adeps. queis addito pumex.

Scholium. Hic seps pro serpente, hæc silex, & Dubia, Hic uel hæc imbrex, & Natrix, & ramex, rarioris sunt usus, & hic uel hæc Onyx, & Sardonix, quod uersus dicere non est. Hic obex, nonnunquám olim fœmininum.

Hæc ſupellex; anomalum eſt nomen, item fornax fœmeninum eſt; ſed fornix maſculinum. Maſtix proguni lentiſci fœmininum eſt, ſed pro flagello maſculinum, utimur in compoſitione, ut Homeromaſtix, *ideſt*, Homeri *flagellum, & reprehenſor.*

Calx pro materia, ex qua lapides conglutinantur, fœmininum. At pro immo pede, dubium eſt. forceps, à quibuſdam Dubium fit.

QVARTAE DECLINATIONIS. VS, & V.

In Vs. *Quartæ declinationis maſculina, & in* V. *Neutra; ut hic ſenſus, hoc cornu.*

Exceptio in Vs, Quartæ.

Fœminei generis ſunt ſeptem, porticus, idus,
Iungito, acuſque, manuſque, tribuſque, coluſque domuſque.
Eſt Dubium ſpecus atque penus, mas ſæpe fit arcus.
At hæc ficus ficis & ficus, fructus & arbor.
Hic ficus fici, fructus, teter quoque morbus.

Scholium.

Domus, & colus, & arcus (quod etiam arquus dicitur, licet rarius) tum Quartæ ſunt, tum ſecundæ, item ſpecus, oris, & penus, oris, cum ſunt tertiæ, ſunt neutra, iuxta regulam tertiæ, cum uero ſunt quartæ dubia ſunt, ut dictum eſt. Dicitur etiam & hoc penu indeclinabile.

QVINTAE DECLINATIONIS.

ES.

Omnia Quintæ Declinationis, desinunt in es, & sunt fœminina, ut hæc res rei, præter, hic meridies & hic uel hæc dies. 1. Spes. fides, species.

Dies in plurali solum masculinum. & in singulari pro tempore certo potius etiam masculinum, pro incerto potius fœmeninum. Sed confunditur aliquando hæc differentia, singularis numeri.

F I N I S.

Laus Deo.

SCHOLIA QVAEDAM.

IN TRACTATIONEM

DE GENERIBVS NOMINVM.

Variæ terminationes, communium & omnis generis Nominum.



1 N *omnibus penê terminationibus communia reperiuntur, tum adiectiua, tum etiam ſubſtantiua, ratione ſignificationis, quia uiro, & fœminæ pariter conueniunt ut hic, & hæc aduena, incola, latro, pugil, exul, martyr, ligur. gigas, cocles, hoſpes, ales hæres, antiſtes, uates interpres, miles. ciuis, bos, cuſtos. infans, effrons, parens, cælebs, municeps, dux, coniux, ex, lex: & tandem omnis prima uox adiectiui, cum in duas terminationes diuiditur, ut dulcis, & comparatiui, ut ſanctior &c.*

2 *Item omnis generis, quia non ſolum uiro, & fœminæ, ſed rebus etiam alijs conueniunt, ut hic, & hæc, & hoc frugi, præſto, uigil, nequam tot, totidem, par, compar, & impar, degener, & compoſita à colore, & corpore, ut decoor, tric orpor, &c.* Cicur, Arpinas, Capenas, Comes, *diues, ſuperſtes, & â pede compoſita, ut bipes, tripes, &c.*

a cuspis. Dicuspis, *tricuspis, & uetus, & intercus, & omnia adiectiua, & participia, sub una tantum terminatione, ut amans, prudens, iners, rapax, fœlix, precox, & à quatuor usque ad centum indeclinabilia, cum mille, &c. omnia denique ratione significationis (ut dictum est) tam adiectiua, quàm substantiua per regulas superius significationis positas.*

2 De terminationibus duarum, aut plurium declinationum.

S*I terminatio sit unius tantum declinationis propria, ex illa sola cognoscitur nomen, sed cum eadem terminatio in duabus, aut pluribus continetur, in his septem* A, e, As, *es,* Vs, *er, & Ir. Nam reliquæ omnes propriæ sunt singularum declinationum.* Nam in Am, *solius est primæ.* In um, *solius secundæ, cuius etiam in ur unum tantum, satur, reperitur, reliqua sunt tertiæ.* In u, *est solius quartæ.* Iam *uero tertiæ solius complurimæ sunt terminationes propriæ, ut uidimus.* In o, l, D, L, N, Ar, Or, Ir, & *ur. præter unum satur secundæ, item* is, &, os, I, X, & *in duabus consonantibus; in quibus omnibus, statim cognoscitur, tum nominis declinatio, tum genus.*

2 De Græcis, & Barbaris nominibus.

Græca, & Barbara *nomina si latinè declinantur, ad latinas regulas exigi debent, si impura maneant, suo generi seruari possunt.*

4 Adiectiuis nominibus per se sumptis.

Adiectiuum nomen solum positum, si subauditur substantiuum, erit eius generis, cuius substantiuum illud subauditum, sic autem quædam frequenter ponuntur, ut Natalis, molaris, &c. Nam, natalis est fœminini generis, quia subauditur dies. Molaris masculini, quia subauditur dens, sic sextilis, & Quintilis, quia mensis, & oriens, & occidens, quia subauditur Sol, & torrens, profluens, quia hic fluuius. Continens fœmininum; quia terra subauditur, & Bipennis, scilicet ensis. Consonans, & uocalis, quia subauditur litera. Atque ita neutrum est præsens, & præteritum, & futurum, quia tempus neutrum &c.

Quod si adiectiuum per se ponatur, & non subaudiatur aliquod substantiuum, ut accidens, antecedens, consequens, decens, indecens, honestum, & bonum. Atque hoc tantum accidit in tertia terminatione, uel ea, quæ alias neutrum quoque genus suscipere potest, nisi malis dicere etiam tunc subaudiri in genere, res, quid, uel aliquid, ut bonum, idest id, quod bonum, seu ipsum bonum.

4 Alia ratio tradendi genera.

Est alia ratio tradendi genera, quo ad regulas terminationum attinet, non inepta; uidelicet, per solas terminationes nominum, non eas subdistinguendo in declinationes, sed ordine alphabetico. quam quidem si quis desiderat, his tribus tantum regulis, & breuibus, & facilibus comprehensam accipiat. Sciendum igitur primum erit, omnes terminationes nominum in has quatuordecim lite-

ras, desinere, uidelicet, A, E, I, O, V, C, D, L, M, N, R, L, S, X, prima ergo regula sit hæc.

Prima regula, nomina in a, & e, primæ tantum declinationis fœminina sunt, ut hæc Musa, Penelope.

In O, N, A, cuncta masculina, ut hic sermo, canon; Magister; omnium aliarum terminationum sunt neutra; præter s, & x.

Item neutra sunt, En, Ar, & Vr, ut Carmen, Coclear, murmur, & herbæ, ac fructus in er, ut cicer.

Secunda regula de terminatis in s, in as, es, is, fœminina, in os, & in us secundæ & quartæ masculina. Vs, tertiæ, neutra, exempla erunt si quis desideraret, ut, hæc potestas, moles, classis, hic flos, hic dominus, sensus, hoc tempus, &c.

Tertia regula, de terminatis, in, x, uel duabus consonantibus. In x. uel duas consonantes exeuntia; Monosyllaba quidem fœminina, ut arx, plebs, Polisyllaba uero masculina, ut triens, calix.

Atque in his tantum tribus regulis, si quis diligentius aduertat, reperiet cuncta esse comprehensa nominum genera, & eorum terminationes.

Exceptiones uero erunt eædem omnino, quæ in altero modo supra sunt positæ, ne uno quidem uerbo mutato, tantum ordine transpositæ, uidelicet post primam harum regularum. Exceptio in A, in O, in N, in R. Post secundam regulam. Exceptio in us, secundæ; & in us quartæ; & exceptiones in s, tertiæ.

Post tertiam regulam, eædem omnino, quæ in altero modo, reliquæ exceptiones sunt positæ. Hic ergo modus per terminationes, non eas distinguendo, per declinationes (si cui forte placet) habet illum magna breuitate

perstrictum, & quidem maiori, quam ab ullo alio, quod sciam.

Sed tamen, quamuis hic modus breuior uideatur, quód sit quasi præcedentis compendium; nihilominus ille alter aptior uisus est, & facilior modus, & puerorum captui accomodatior, & ad intelligendum clarior. Habet præterea plerasque alias commoditates. Nam & terminationes omnium declinationum pariter addiscuntur, & per singulas declinationes mens, ac memoria quiescit; & exceptiones non accumulat simul, sed sub singulis regulis distribuit, & præterea, quod magni momenti est, per nominatiuorum declinandi formas in primis ipsis rudimentis positas, pueri poterunt generum quoque ipsorum, eodem ordine, recordari. Nam cuius illa sunt generis eius quoque sunt reliqua eiusdem terminationis, quæ per illa declinantur. Atque ideo illum potius prætulimus, ac elegimus.

5 Alius item modus tradendi genera.

Alij per genitiui augmentum, & eius quantitatem, tribus his regulis terminationum genera tradiderunt. Prima, Quæ non crescunt in genitiuo, sunt fœminina ut labes, is; Secunda, Quæ crescunt penultima longa, sunt etiam fœminina ut potestas, atis. Tertia, Quæ crescunt penultima breui, sunt masculina, ut sanguis, inis. Additis sub singulis, proprijs quibusdam exceptionibus. At hæc ratio longè est difficilior, ac penê pueris inutilis.

6 De modo docendi.

EXceptiones cursim docebit præceptor, indicata dun taxat uulgari singulorum nominum significatione; nec amplius in singulis uocabulis immorari conueniet, ne inutiliter moram faciat addiscentibus. Nam & exceptiones, usu potius, & quotidiana authorum lectione confirmandæ erunt; & in regulis frequentior erit usus. Quod etiam in regulis de præteritis, & supinis postea obseruandum.

7 Scholium exemplorum, ac primo regularum significationis.

AD puerorum quotidianum exercitationem, & Magistrorum onus ex parte leuandum; libuit hoc loco syluam exemplorum conscribere: nec uero omnium, quod esset penè infinitum, sed eorum aliquantam copiam subiungere. Ac primo quidem Regularum significationis, deinde terminationis.

Adiectiuorum exempla.

ADiectiua igitur unius terminationis sunt generis omnis, ut hic, & hæc, & hoc fœlix, Arpinas, iners: solers, inops, anceps, biceps, præcox, uelox, rapax, dicax, loquax, peruicax, discors, prudens, amens, demens, sapiens, & omnia participia in ans, & in ens, ut amans, docens, legens, &c. Atq; hæc omnia in aliquibus casibus terminationes diuidunt; licet in recto, & in alijs, non ita.

Adiectiua duarum terminationum. Quæ in prima masculini, & fœminini generis sunt; in secunda uero, Neutrius; ut hic & hæc fortis & hoc forte, dulcis & dulce, sic leuis, e, grauis, e, insignis, e, exanguis, e, & omnia comparatiua in or, & in ius, ut, doctior, doctius, iustior, iustius, &c.

2 *Adiectiua trium terminationum: Quæ in prima sunt masculina, in secunda fœminina in tertia neutra, ut bonus, a, um, pius, a, um, iustus, a, um, & similia innumera cum omnibus participijs præteriti & futuri in rus, uel in dus. Item tener, ra, rum, uafer, fra, frum, asper, ra, rum, & similes, & satur, ra, rum. Item hic Acer, hæc acris, hoc acre: uolucer, cris, cre, celeber, bris e, alacer, cris, cre, equester, tris, tre, pedester, tris tre, ludicer, cris, cre, sequester, tris, tre; syluester; tris; tre; &c.*

Substantiuorum, ac primò masculinorum exempla.

Substantiua uero masculina sunt. Nomina propria uirorum; ut Iesus; Petrus; Paulus; Iacobus; Ioannes; Stephanus. Laurentius; Vincentius; Adam; Abel; Henoc; Henos; Noë; Melchisedech; Moyses; Sanson: Dauid; Esaias; cum cæteris omnibus sanctis; & beatis. Et ex alijs celebrioribus uiris; ut belli ducibus; & imperatoribus. Alexander; Hercules; Scipio; Pompeius; Tullius; Cæsar; Annibal &c. Ex doctis; & sapientibus; ac philosophis; Thales; Bias; Lycurgus; Pythagoras; Socrates; Plato; Aristoteles; Zeno; Cleantes; Cato; Seneca. Ex Oratoribus; Cicero: Demosthenes; Eschines; Hortensius. Ex Poetis; Virgilius; Horatius; Ouidius; Martialis; Lucanus, Homerus; Sophocles, Pyndarus; &c.

2 Deorum gentilium;falsorum inquam deorum;hic Iuppiter;Saturnus;Mars: Mercurius; Pan; Bacchus; Vulcanus; Neptunus; Aeolus;Pluto ex qui tamen re uera fuere dœmones;qui se Deos fingebant; & ut Deus adorari uolebant; Verus etenim Deus est unus & trinus; Pater; Filius;& Spiritussanctus. Vnus inquam in essentia, & trinus in personis.

3 Angelorum;hic Michael; Gabriel; Raphael; Vriel; Salathiel;&c. Sed appellatiua Angelorum masculina quidem sunt; Angelus; Archangelus; Throni; Cherubin; ac Seraphin;siue per n;siue per m; scribantur. Sed hæc duo postrema,in plurali etiam neutro genere reperiuntur beata Seraphin ; & in singulari quoque;cum more hebraico Cherub;& Seraph dicuntur;neutrius sunt generis,ablato fine scilicet particula in;At fœminina sunt Dominationes; principatus potestates;uirtutes; quia non Angelorum sunt nomina propria, sed sumptis uocabulis per metaphoram, ex altera propria ipsorum nominum significatione ; fœminina.

4 Dæmonum propria,hic Lucifer, Sathanas,Belzebub &c. Appellatiua eorum;hic demon,Diabolus; &c.

5 Appellatiua nomina uirorum, tum eorum officia, ut, Papa,Pontifex, Patriarcha; Archiepiscopus, Episcopus: Presbyter; Imperator: Monarcha: Rex: Proconsul: Prætor: Aedilis: Censor: Senator: Scriba: Lictor:Lanista: Scurra: Sutor: Sartor: Cerdo: Fullo: &c. Cum alia quæcunque nomina: solis uiris seu maribus conueniunt:uel ratione consanguinitatis: seu affinitatis: ut pater:frater: auus: attauus: abauus patruelis: auunculus: item maritus : uel ratione sexus ut uir uel alia quauis de causa.

6 *Mensium nominæ duodecim.* Ianuarius, Februarius, Martius, Aprilis, Maius, Iunius, Iulius, Augustus, September, October, Nouember, December.

7 *Ventorum nomina, qui duodecim connumerantur præcipui, à Septentrione tres, boreas, & collaterales, Aquilo, & circius; à Meridie tres, Auster, & Collaterales, Libonotus seu Auster, Affricus, &* Euroauster; *ab Oriente tres, Subsolanus, &* Collaterales, Eurus *seu* Vulturnus *& Cæcias seu* Helespontus; *ab Occidente tres,* Fauonius *& Collaterales Corus seu Zephyrus, & Affricus.*

8 *Fluuiorum Asiæ quidem,* Ganges, Indus Euphrates, Tygris; *Affricæ,* Nilus, Cynisus; *Italiæ* Tyberis, Padus; *Germaniæ,* Danubius, Rhenus, *Galliæ;* Sequana, Rodanus; *Hispaniæ* Iber, Durius, Bethis, &c.

Fœmininorum exempla.

1 Fœminina uero sunt fœminarum propria nomina, ut S. Maria, Elisabeth Catherina, Lucia Barbara, Agatha, Cæcilia, Vrsula, Clara, Agnes, Eustochium, Iudith, Hester, Ruth, Rachel Lia, Eua. *Et ex antiquis celebrioribus,* Lucretia, Cleopatra, Cœnobia, Semiramis Dido.

2 *Dearum, ut falsæ Gentilium Deæ,* Iuno, Pallas, Diana, Mineruа, Ceres, Proserpina, *quæ &* Persephone *dicta,* Celeno, *quæ una Harpiarum* Tellus *pro terræ* Dea, *ac pro ipsa terra, seruato genere fœminino.*

3 *Musarum, quæ a poetis finguntur nouem, scilicet* Calliope, Clio, Erato, Thalia, Melpone, Terpsichore, Euterpe, Polymnia, *uel ut alij* Polyhymnia, Vrania.

4 *Nympharum, ut* Deiopeia, Naias, *quarum uaria ge-*

nera confingebant Poetæ, scilicet Oreades, Driades, Amadriades, Naiades, &c.

5 Furiarum, quas tres eße fingebant, Alecto, Tisiphone, Megera. Tres quoque alias Parcas fingebant, quæ ab eis uocabantur Clotho, Lachesis, Atropos cum cæteris alijs, ut diximus, poetarum figmentis.

6 Appellatiua fœminarum; tum muliebrium officiorum; ut sacerdotißa, sacra uirgo, Monacha; Deo dicata; monialis. Item uxor, ancilla; pedißequa, obstetrix; lamia. Saga idest incantatrix; Amazon; &c. Tum alia quæcunque nomina conueniunt fœminis, ut ratione consanguinitatis; mater; soror; auia; matertera; nouerca; uel ratione sexus; ut fœmina &c. Sed mancipium, & alia appellatiua in um; neutrius sunt generis; per regulam, omnia in um, cuiuscunque significationis; præter propria hominum.

7 Poematum; seu fabularum; ut hæc Eunuchus; phormio, Adelphis; Eczira; Orestes, Aiax cum cæteris comœdiarum; & tragœdiarum; & poematum nominibus. Sic Aeneis; idos; Ilias ados; satyra, egloga; &c.

8 Arborum, ut hæc malus, pirus; cœrasus, prunus, quercus; salix; abies; fagus, sambucus; taxus ulmus, item nux; & glans; & auellana; arbor & fructus.

9 Nauium; ut hæc triremis; biremis; & quadriremis; oneraria nauis, Myoparo; item linther scilicet parua nauicula; & celox idest scapha &c.

10 Vrbium; ut Roma; Neapolis; Colonia, Hispalis; Legio; Pintia; Tarraco; Numantia; Tolosa; Luthetia; Messana; Memphis; Carthago; Panormus; Corinthus; Ephesus; Alexandria; Babylon; Sidon; Salamin; Eleusin; Antiochia; Hierusalem; &c,

11 Insularum; Samos; Brittania; nunc Anglia; Hybernia;

Creta: Sicilia: Cyprus: Tenedos: Chios: Trapobana: Thile.

12 Regionum: & Prouinciarum: *Asia: Affrica, & Europa; tres mundi partes.* In Europa sunt *Italia: Hispania: Gallia; Germania: Flandria; Bohemia: Polonia: Vngaria: Sarmatica & Prusia: Graecia: in qua Macedonia; Thracia; Boetia &c.* In *Affrica; Aegyptus: Numidia; Aethiopia: Lybia: Cyrenes &c.* In *Asia Pontus; Capadocia, Cilicia: Armenia; Scythia: Persia; Media; Arabia.*

Neutrorum exempla.

NEutra indeclinabilia sunt; ut uirus: fas: nephas; gummi; tempe gelu: frit.

2 Nomina literarum ut: hoc A; hoc B; istud C, unum iota: Omicron; Omega: y, psylon.

3 Dictio loco nominis; Verbum, ut scire tuum; triste uale: pulchrum uelle: tuum nolle: illud aue: suum uelle: Aduerbium: ut clarum mane; aliud cras: interiectio; ut tremendumue &c.

4 Vox materialiter posita; ut homo dissyllabum; animal trisyllabum: prae: longum & breue.

5 Omnia in um: neutra, cuiuscunque significationis: tam oppidorum ut Toletum: saguntum: Mediolanum: Louanium: Gandauum: Caphernaum: &c. quàm arborum; ut Hebenum: Buxum &c. Fructuum: ut pomum: pyrum: caerasum; prunum: malum, & malum cidonium, persicum: punicum &c. Liquorum: ut Balsamum, oleum; uinum, butyrum &c. Item aliarum rerum: ut sagum: lorum: lutum: coenum: uestibulum: templum: coelum &c. Omnium denique rerum in um: sunt neutra: praeter propria hominum: ut diximus. Nam si sint appellatiua etiam sunt neu

tra: ut diximus: ut mancipium: dœmonium: & c. At *si sint propria uirorum: sunt masculina: ut* Dinacium, *propria fœminarum: fœminina ut* Eustochium: *per regulam significationis.*

Communium exempla.

Communia: *quia conueniunt mari: & fœminæ tantum: sub una terminatione:* Auriga: Aduena: *conuena: accola: incola: alienigena indigena: idololatra: hypocrita. homo: latro: uigil. pugil: præsul: exul; consul: puber: martyr: author: sponsor: memor: fur: augur; ligur: miles; eques: pedes: cocles: hospes; indiges: antistes: uates: interpres: hæres; hospes: ales, & c. a pes composita; ut bipes, tripes: quadrupex: loripes: & c. deses: ciuis; conciuis: testis: hostis: canis: bubalus: camelus: bos: custos, compos; impos: psinceps cœlebs, parẽs, infans: bifrons: efrons cliens: municeps; manceps, coniunx; dux: index, uindex: ex lex senex artifex opifex aurifex & similia à facio composita.* Tradux *redux auspex.* *Quæ omnia communia per metaphoram, uel per appositionem aliquando neutris inueniuntur iuncta.* Vt Lucanus, *primo dixit, indice bello.*

Omnis generis quia conueniunt mari, & fœminæ, & alijs simul rebus sub una terminatione, ut pauper, degener Huber *idest fertilis uel abundans memor discolor concolor decolor uersicolor; & reliqua à colore & corpore, ut bicorpor tricorpor & c. Cicur* Arpinas *tis.* Aquinas, *tis.* Rauennas Fidenas Capenas Caßinas *nemo diues comes, superstes, sospes, hebes, teres, præpes, locuples, uetus, intercus fœlix, pernox similia alia quæ omnia significatione quidem sunt adiectiua, quia conueniunt mari & fœminæ & alijs rebus ut diximus sub una termi-*

natione; tamen in plurali carent neutro genere, ſaltem in nominatiuo, accuſatiuo; & uocatiuo, & præterea in ſolo accuſatiuo ſingulari, diuidunt terminationem, ut pauperem & pauper; ſicque reliqua. Et ideo ab aliquibus adiectiua ab alijs ſubſtantiua trium generum uocantur. Sed ut diximus, quæſtio eſt de nomine. His quoque poſſes adiungere in declinabilia quædam ſignificatione tamen adiectiua trium generum ſcilicet præſto, nequam frugi tot, quot; aliquot, quot quot, totidem; & a quatuor uſque ad centum & mille in ſingulari; ut dictum fuit, item pſeudo in compoſitione tantum; ut pſeudo prophetas &c.

Dubiorum, & Epicænorum exempla.

1 Dubia cum dubius eſt ſexus; an mas; uel fœmina; ut uolucrum pleraque, piſcium & ferarum uelut; ſus; grus; perdix; coturnix, bubo; mus; lepus; dama; talpa &c.

2 Et œpicæna, cum ſub uno genere mas; & fœmina ſignificatur, ut hic Paſſer; accipiter; Coruus, Miluus, Pſithacus, Turdus, Nicticorax, hæc Aquila, Philomela; pica, hyrundo, carduelis; & ſimilibus alijs; in quibus difficile ſexus diſcernitur, an ſit mas, uel fœmina, per terminationum regulas cognoſcuntur.

Pluraliter tantum declinatorum cuiuſcunque ſignificationis exempla.

1 Pluraliter tantum declinata, cuiuſcunque ſignificationis,

tionis, tam urbium quàm aliarum rerum.

In i, ut diximus finita, sunt masculina, locorum nomina, ut Parrhisij, Gabij, Locri, Hedui, Morini *&c. item aliarum rerum, ut cancelli, liberi, superi, inferi, fasti, fori, &c.*

2 *In æ fœminina urbium, seu locorum, ut* Athenæ, Thebæ, Venetiæ, Senæ, Pisæ. *Item aliarum rerum, ut* Suppetiæ, *cunæ, phaleræ, præstigiæ, bigæ, trigæ, quadrigæ, nugæ,* Halendæ, *feriæ, exequiæ, neniæ nonæ, tenebræ, exuuiæ, thermæ, insidiæ, quisquiliæ, minæ, excubiæ, primitiæ minutiæ, manubriæ, ualuæ, diuitiæ, nuptiæ, scopæ, reliquiæ, &c.*

In a neutra urbium, & locorum. Hierosolyma, Bactra, Cythera; Ceraunia *montes* Epiri, Megalia, *&* Mapalia, *id est tuguria rusticorum & pastorum. Item aliarum rerum, ut poematum,* Bucolica, Georgica, *&c. arma, rostra, crepundia, cunabula, & incunabula iusta, id est exequiæ, transtra, aulæa, comitia, spolia, præcordia, serta, ostrea bellaria, uiuaria, septa ilia, intestina, mœnia, sponsalia, & festorum nimina,* Bacchanalia, Saturnalia *&c.*

4 *In es, masculina, ut populorum nomina, feres, cares, annales, sentes uepres, lemures, manes, cœlites, casses, id est retia, pœnates, lares, pugillares, sales, proceres, & ludi* Circenses, Apollinares Megalenses.

In us, unum reperitur, scilicet hæ Idus, & est fœmininum.

Exempla regularum terminationum.
Primæ declinationis exempla.

In a fœminina, ut hæc musa, mensa, fistula, luna, stella, aqua, situla, gemma, margarita, item uirtutes ac uitia eis contraria, ut scientia, sapientia, prudentia, clementia, iustitia, patientia, constantia, perseuerantia, temperantia, mo-

destia &c. Item scientiæ, & artes. Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Geometria, Musica, Astrologia, Perspectiua, Philosophia, Medicina, Iurisperitia, seu iurisprudentia, Theologia. item reliquæ omnes penè artes mechanicæ ut sutura, sartoria, argentarea; pastoria, agricultura, &c.

2 *In e, fœminina; ut penelope, cum alijs proprijs nominibus fœminarum: & scientiæ quoque ut Grammatice, Rhetorice, Ethice, Musice, Arithmetice, Epitome, & alia græca pleraque.*

3 *In as, masculina; ut hic æneas, Gorgias, & alia propria uirorum, Item Boreas, Tyaras, sed & fœmininum hæc lyara,*

4 *In es; masculina, ut hic Anchises, cum alijs proprijs uirorum. Item planetes; cometes, & lapillorum nomina præciosorum, Achates, pyrites; orphites, item Aromatites, scyllites, myrthites, absynthites, idest succus, aut res condita aromatibus absinthio, myrto, aut scylla herba, ut dictum fuit. Item appellatiua quædam uirorum, Sophistes, prophetes, Zelotes, quæ omnia sunt græca; ex quibus & pleraque latinè uertuntur in â, ut planeta, cometa, sophista; propheta. &c.*

5 *In am, masculina ut hic Adam, Abraham. Balaam, & alia similia ex Hæbræis accepta. Quamuis harum trium ultimarum terminationum ferê omnia per significationes quoque poßint cognosci, ut diximus.*

Secundæ declinationis exempla.

1 *In er, masculina, ut hic magister, puer, ager, cancer, anser, paßer, &c.*

2 *In ir, masculina, ut uir, leuir, treuir, trium uir, decemuir, Abaddir lapis.*

3 *In ur, unum hic satur, nam reliqua sunt tertiæ.*

4 *In us, masculina, ut hic dominus, accruus, cumulus, næuus, limbus, angulus, triangulus, circulus, puteus, pluteus, gladius. Sed quæ ex Græcis in os fiunt, fœminina, ut hæc papyrus, eremus, periodus, methodus, synodus, exodus, diphtongus, abyssus, asilus antidotus; & lapillorum practiosorum, Hiacyntus, Smaragdus, Crystallus, Chrysolitus. &c.*

5 *In um, neutra, ut hoc templum, cœlum, gaudium, uerbum, uelum, scamnum, linum, filum, & metallum, ferrum, stagnum, aurum, argentum, cuprum, aurichalcum &c. item serum, pomum, cum alijs suprapositis compluribus in um, tam urbium quàm fructuum, & aliarum rerum: est enim generalis regula tam terminationum, quàm significationum.*

Tertiæ declinationis exempla.

Terminata in uocali.

1 *In A, neutra, ut hoc problema, tis; poema; tis; sophisma, lemma, dilemma, diadema, thema, anathema, scoma, flegma, dogma, &c.*

2 *In e, neutra, ut hoc monile, is, cubile, sedile, mare, rete, mantile, ouile.*

3 *In i, neutra, ut hoc synapi, gumi, & alia græca.*

4 *In o, masculina, hic sermo, uespertilio, ternio, quaternio, pugio, stellio, unio pro margarita.*

5 *Sed in do fœmmina, ut hæc dulcedo, amaritudo, magnitudo: multitudo: formido: albedo: nigredo: teredo, rubedo.*

6 Et in go, similiter fœminina, ut salsugo, ferrugo, sartago, siligo, uitiligo, uertigo, rubigo.

7 Et in io uerbalia quoque, quæ significant rem corpore carentem, fœminina, ut lectio, actio, dictio, ratio, ditio, sectio, calefactio, frigefactio, duratio, emptio, uenditio, conductio, & locatio. Nam uerbalia in io, quæ significant rem corpoream, & cætera in io non uerbalia, sunt masculina, ut pugio, pusio, uespertilio, &c. ut diximus.

Terminata in consonante.

1 In c, neutra, ut hoc lac, In D, ut aliquid, quid. In l, ut hoc animal, uectigal, tribunal, Toral uestis, ceruical, mel, & fel.

2 In t, neutra, ut caput, occiput, synciput, item trit, git, indeclinabilia.

3 In en, neutra, ut, hoc carmen germen flumen, fulmen, semen, gramen, omen, examen.

4 In ar, neutra, ut hoc coclear, calcar, nectar, puluinar, exemplar, laquear, lacunar hæpar; far, &c.

5 Item herbæ ac fructus in er, neutra; ut hoc cicer; piper zinziber, papauer, siser, laser &c.

In ur, neutra, ut hoc murmur, guttur, iecur, &c.

Reliqua in n, uel r; masculina, ut hic litan; pean, Delphin, canon, agon, hic uer, ris, aer, aser, character, æther, carcer, imber, uter, item uesper, quod quidam uolunt neutrum etiam repertri, hic color; lecor, splendor, sapor; odor; liquor, meror; dolor, amor, & timor.

Terminata in S Tertiæ.

In As, tertiæ fœminina, ut hæc charitas, tis, & caritas;

tis,hæc uirginitas,tis; castitas; humanitas,ueritas,bonitas, benignitas,liberalitas,lenitas,grauitas,comitas,urbanitas, ciuilitas,pietas, cum plerisque alijs uirtutibus. Item *clari-tas,potestas,authoritas, maiestas, proceritas, nobilitas,æ-stas,monas dis,decas,dis,lampas,dis,hebdomas,dis.*

In es,tertiæ fœminina, ut hæc moles, is, cœdes, is,nu-bes,is,labes is; sedes, is, apes, dapes;merces,mercedis,& *rupes in singulari.* Q*uæ uero excrescunt in tis, syllabam in genitiuo,masculina,ut gurges tis limes,trames termes, magnes,lebes,poples,paries,abies, palmes, stipes; somes, cespes.*

In *is,fœminina,ut hæc classis,ssis,rudis,is pro uirga, bi lis,phrasis,uis,pestis,basis &c.*

Q*uæ uero habent n;ante is,masculina;ut hic panis, fu nis, amnis &c. uel duas consonantes, aut duplicem ante; is. ut hic piscis,callis,uermis,orbis,cenchris,uectis, postis, fascis,fustis;mensis,follis,cassis pro rete nam pro galea fœ minimum,pollis,ensis, delphis, qui & delphin,& delphi-nus;glis;& axis &c.*

In *os,masculina;ut hic flos,mos,ros,&c.*

In *us,tertiæ,neutra,ut hoc tempus, ris,munus, frigus, crus,ius,pus,rus,corpus, uulnus, ulcus,olus,decus,uellus.*

In *aus duo fœminina,laus,& fraus,et polisyllaba;quæ retinent u,in genitiuo,ut uirtus, uirtutis; salus,senectus,iu uentus,palus,seruitus pecus,pecudis,incus, dis, &c. nam pecus pecoris,neutrum est iuxta regulam.*

Terminata in X,vel in duabus consonantibus.

In X,*uel in duabus consonantibus; Monosyllaba quæ*

dem fœminina ut hæc ars, plebs, urbs, trabs, arx; pax, pix, crux, nux, nix, nox, lex, uox.

Polisyllaba masculina, ut hic calix, & calyx, thorax, nycticorax, apex, codex, frutex, pollex, index, pro digito, latex idest aqua, uertex, phœnix, fornix, bombix, uarix. Item hic chalybs, triens, quadrans, dodrans, decunx, cum alijs aßis partibus.

Quartæ declinationis exempla.

In us, masculina, ut hic fructus, sensus, agnus, casus, euentus, census, luctus fœtus, metus &c. item hic lacus secundæ & quartæ.

In u. Neutra, *ut gelu, cornu, ueru.*


Quintæ declinationis exempla.

In es, quintæ finiuntur omnia, & sunt fœminina, ut hæc res, species, series, spes, & fides, &c.

Laus Deo, & Domino nostro Iesu Christo, & Virgini Sacratißimæ Mariæ Matri eius gloriosißimæ. Amen.

DE DECLINATIONIBVS NOMINVM.

REGVLA GENERALIS.





Omnia nomina declinantur secundum formas declinationum in primis rudimentis positas: declinatio autem ex genitiuo; & genitiuus ex terminatione cognoscitur.

Scholium.

1 Terminationes *enim (ut dictum est) cum de generibus egimus, primæ declinationis, sunt quinque* A; e, As, es, Am.

Secundæ, quinque, Er, Or, *ur, us, & um.*

Tertiæ, in duodecim has literas desinunt, A, E, I, O, C, D, L, *n, t, r, s, x, ut pœna, monile, synapi, sermo, lac, David, sal. lumen, caput, calcar, uirtus, pax.*

Q*uartæ; duæ tantum terminationes sunt; us, & u.* Q*uintæ, una duntaxat, &c.*

2 *Atque ita cognita terminatione, scitur nomen non solum cuius sit generis; sed etiam cuius sit declinationis: & etiã quis sit genitiuus. Nã (ut in primis rudimentis dictum fuit) primæ, genitiuus est, in æ, uel in es, Secundæ in* I. *Ter*

tiæ in is. Quartæ in us. Quintæ in ei, & cognito genitiuo; interim omnes casus facile cognoscuntur ex declinandi formis.

3 *At cum eadem terminatio est duabus declinationibus communis; ut exempli gratia; a; &* As, *primæ; & tertiæ, uel tribus; ut us; secundæ; tertiæ; & quartæ: tunc ex genitiuo agnoscendum nomen; uel ex alijs casibus; si eos scire contingat; utrius ex illis declinationis sit; maximè uero ex quotidiano usu; & auctorum lectione.*

SCHOLIVM ALTERVM.

1 P*Ræcepta declinationum; quæ per singulos casus; & eorum terminationes sigillatim progrediuntur; manifestè sunt non solum prolixa; ita ut obruant planè puerorum ingenia; sicut experientia ostendit (cum sit necesse uel cumulum præceptorum facere) sed etiam sunt planè inutilia; cum uno tandem omnia uerbo complectamur; uidelicet.* Nomina omnia *sic declinari; per formas uidelicet declinationum; in primis rudimentis positas; ut diximus, paucißimis exceptis per singulas declinationes quæ iam subiungemus. immo & has ipsas exceptiones necesse non erit; ut pueri memoriter addiscant; uel retineant ad uerbum, præsertim tertiæ; sed sensum tantum modo earum percipiant, & usu quotidiano, cum in auctoribus inciderint, obiter confirment.*

2 *Igitur nomina primæ declinationis in* A, As, *&* Am; *declinantur sicut* Musa, æ; *sic enim* Aeneas, æ *Adam, æ.* In e; *ut* Penelope; *genitiuo; pes, datiuo; pæ. Accusatiuo; pen; per* n. *Vocatiuo, &* Ablatiuo pe *Sic in es.* Anchises; *genitiuo.* Anchisæ; *reliqui casus; ut penelope. Secundæ*

declinationis nomina flectuntur in us, ut dominus in um; ut templum. Tertiæ *in o;ut sermo;in er;ut* Pater;is. Quartæ *in us;ut sensus, in u,ut* Cornu. *Quintæ in es,ut dies; uel res.* Secundum *scilicet formas; declinationum in primus rudimentis positas.*

Exceptio primæ Declinationis.

1 *Dea;filia;liberta;equa mula,nata; & ambæ,ac* Duæ; *in* Datiuo;& Ablatiuo *plurali faciunt* Abus.

2 *In* As; & A; *græca habent accusatiuum in am; uel an;ut* Aeneam, *uel* Aenean.

3 *Antiquus genitiuus à nominibus in* A, *praesertim apud poetas fuit in ai, soluta* Diphthongo; *ut aulai; aurai, pro aulae;aurae,& in as, more graecorum; sed modo in compositione tantum manet;ut paterfamilias.*

Exceptio secundæ Declinationis.

1 *In* R, *excrescunt una Syllaba in genitiuo, addita i ut puer,pueri;praeter nonnulla in er;quae abijciunt e;ut* Magister;gistri.

2 *Vnus,ullus,alter,uter;totus, solus;& alius cum compositis inflectuntur sicut pronomen ipse;a,um.*

Exceptiones quatuor tertiæ Declinationis usu addiscendæ.

Prima Accusatiuus im.& Ablatiuus i.

1 *Accusatiuum im;habent uis,tussis; sitis;* Tygris, Ty-

beris; Neapolis; charibdis; Amußis; & græca quædam im; uel in; ut diœcesim; uel diœcesin.

2 *Ablatiuum i; tum hæc dicta; tum neutra in al; ar; e; ut tribunali; puluinari; monili.* Exceptis *Iubare*, *Nectare*; *farre; pare uel pari cum compositis; præsepe; ac hepate.* Item *adiectiua, quorum neutrum in e; ut forti.* Et *mensium nomina; ut* Aprili; *Septembri.*

Secunda Accusatiuus em, uel im, & Ablatiuus e, uel i.

1 *Accusatiuum em: uel im; faciunt æqualis; clauis; nauis; bipennis; febris; peluis, pestis; restis; buris; turris; securis; cucumis; & puppis; & torquis.*

2 *Ablatiuum e; uel i; tum ißhæc; tum reliqua adiectiua tertiæ; quæ non habent neutram uocem in e; ut fœlix.* Et *substantiua in uis; guis; gnis; ut auis; anguis; ignis.* Et *hæc duodecim aliquando; amnis; claßis; finis; neptis, postis uectis; fustis, strigilis; imber, uigil, pugil, uictrix; & supellex.*

3 *Item neutra; quæ habent* Ablatiuum *i, uel simul, e; & i, in plurali faciunt ia, ut monilia, præter comparatiua; & plus; quod raro facit pluria, & compluria.*

Tertia genitiuus pluralis ium.

1 *Omnia superioribus exceptionibus comprehensa habent genitiuum pluralem, ium.*

2 *Item in s, tertiæ: quæ habent tot syllabas in genitiuo; quot in nominatiuo; ut sedium.*

3 *Monosyllaba in duas consonantes exeuntia, ut mons;*

montium cum istis as, cor; dis; glis; lis; mas; nix; nox; uas uadis; caros; & samnis.

4 *Comparatiua uero in orum fecere, ut pulchriorum; plus fecit plurium; bos; boum.*

5 *Festorum nomina plerunque etiam in orum, ut Bacchanaliorum; Aliqua ium; ut Floralium; Aliqua utrunque: ut Saturnaliorum; & lium.*

Quarta Datiuus, & Ablatiuus pluralis.

1 *Datiuus; & Ablatiuus pluralis fit in ibus: præter bobus, uel bubus; & græca in a, quæ sæpius in is; ut poematis; & poematibus.*

2 *In Græcis quoque nominibus, aliquibus interim casibus utimur græcis; genitiuo ut Synapis; uel Synapios; hebdomadis, hebdomados Accusatiuo Aerem, uel Aera, Hectorem; uel Hectora; & similibus.*

Exceptio quartæ Declinationis.

1 *Acus; arcus, atus, partus, quercus, quæstus, ficus, tribus; lacus, specus, ac ueru, faciunt datiuum, & ablatiuum pluralem, ubus, ut acubus, arcubus, &c.*

2 *Quintæ pauca habent genitiuum, & ablatiuum plurales:*

Communia omnibus Declinationibus.

1 *Compositum declinatur, ut simplex. Si ex duobus rectis componitur, uterque uariatur; ut Respublica, Reipublicæ. Præter alteruter, quod primam non uariat. Si ex re-*

eto & obliquo rectus tantum, ut paterfamilias, patrisfamilias, si ex duobus obliquis, sit indeclinabile, ut huiusmodi.

2 *Vocatiuus est similis nominatiuo. At graeca pleraque ablata s, ut Palla, Pari, Theseu. Et us secundae in e, ut Domine, & ius substantiua, in i, ut Virgili, & ex appellatiuis ó fili praeter Deus. Item ó populus; & popule. sic fluuius, & latinus, chorus, & agnus.*

3 *Neutra uero tres casus habent similes, in utroque numero, Nomin. Accusat. Vocat. & in plurali desinunt in a. Et tres ultimae declinationes etiam in plurali tres.*

4 *Datiuus, & Ablatiuus plurales semper sunt similes.*

Scholium Genitiui pluralis.

Genitiuus pluralis Primae est in arum, Secundae in orum, Tertiae in um, uel ium. Quartae in uum. Quintae in erum. Aliquando uero per Syncopen efferuntur, sic prima coelicolarum coelicolum, secunda Deorum, Deum, tertia coelestium, coelestum, quarta curruum, currum, quinta specierum, specieum, licet hoc ultimum non sit in usu.

Scholium alterum genitiui tertiæ.

Nequid desideraretur ad perfectam tractationem, placuit Scholio multiplicis uarietatis genitiui tertiae admonere. Excrescit igitur genitiuus tertiae una syllaba supra nominatiuum (praeter nonnulla in e,

& i, es, & is. Et *quaedam nomina in er, quae per Syncopem abijciunt, e, in genitiuo) hoc modo.*

A, *atis, ut poema, matis.*
E, *is, ut monile lis.*
I, *is uel ios, ut sinapi, pis uel pios.*
O, *onis, ut sermo, monis.*
O, *inis, uirgo ginis, sed aliqua, enis, ut* Anio *anienis, unum caro carnis.*
O, *us, graeca quaedam,* Dido *dus, clotho, thus.*
C, *cis.* Halaec, *lecis.*
C, *ctis, lac lactis.*
D, *dis* David, *idis.*
L, *lis animal, alis.*
L, *llis duo, mel mellis, et fel.*
N, *nis, splen, lenis, sed aliqua, en, inis, ut pecten, tinis, & pauca on, ontis, ut phaeton, tontis.*
R, *ris coclear, aris, sed in er, quaedam abijciunt e, ut pater patris, & quaedam ur, oris ut robur, boris: unum hac par, patos, cor, dis, iter itineris.*
As, *atis, ut pietas, tatis.*
As, *antis, quaedam graeca, ut* Adamas *mantis.*
As, *adis, alia graeca, ut hebdomadas madis: item uas uadis.*
As *assis tantum, & uas uasis, ac unum mas, maris.*
Es, *is clades, dis.*
Es, *etis, lebes betis.*
Es, *itis, miles militis.*
Es, *edis pauca, ut pes pedis, & composita, ut bipes &c.*
Es, *idis: praeses, sidis & alia in ses deriuata à sedeo, ut deses &c. unum ceres Cereris.*
Is, *is, messis ssis.*
Is, *inis, sanguis guinis.*
Is, *idis, lapis, pidis.*

Is; eris pauca, ut pulueris cinis.

Is; iris, unum glis: gliris.

Is: itis: quatuor: dis: lis: sanis: & quiris quiritis.

Is: eos: græca quædam ut physis physeos: & ois entis: ut simois simoentis.

Os: otis: cos cotis.

Os oris ros roris: unum os oßis bos bouis: custos: todis.

Os: ois: græca quædam ut minos: nois.

Vs: oris: tempus; poris.

Vs: uris: tellus telluris.

Vs: eris: uulnus: neris.

Vs: udis: quaedam: ut palus paludis.

Vs: odis: à pus composita ut tripus podis: aedipus &c.

Vs: utis: uirtus uirtutis.

Vs. untis: quaedam graeca: ut hydrus: druntis.

As aeris: & unus praes praedis.

Aus: audis: duo; laus laudis: & fraus.

Duabus consonantibus finita.

Bs: bis: plebs: ebis: sed: ebs: pollysyllaba: ibis: ut coelebs: libis.

Ls: ltis; unum plus pultis.

Ms: mis: unum hyems. hyemis.

Ns: ntis: triens: entis: sed iens: euntis: & composita: ut rediens: deuntis.

N: ndis: ut glans: andis & ins: intis: ut tyrins: tyrintis.

Ps: pis: inops opis: sed eps polysyllaba: ipis: ut princeps: cipis: unum auceps aucupis.

Rs: is rtis; ars art.

Rs: rdis; concors concordis.

X: cis; arx arcis.

X: gis, lex, gis: sed in ex: igis: polysillaba pleraque; ut remex, migis, & icis aliqua; ut artifex: artificis: unum suppellex; lectilis; senex se-

nis: nix niuis, coniux coniugis.

X, ctis; ut nox noctis.

T; tis; uel potius ut itis: caput capitis, composita etiam uel in t: uel ps faciunt; cipitis: ut anceps, cipitis: occiput occipitis.

Scholium de Anomalis.

SVnt aliqua; quae non seruant regulam: tot ferè formarum.

1 *Duarum terminationum, ut punctus & punctum: baculus, & baculum: gibbus & gibber; cucumis & cucumer: pubis & puber: honor & honos, arbor & arbos; stips & stipis, & trium: ut tonitrus: & tonitrum & tonitru.*

2 *Duarum declinationum ut domus: colus: lacus, quercus, laurus, ficus: secundae: & quartae.* Item *delphinus: ni, delphin: nis: tapetum: ti: tapete tis: & tapes: tis: acliuis & accliuus, &c. cum alijs quibusdam in us: & is: secundae, & tertiae.*

3 *Singulare unius declinationis: & plurale alterius; ut uas uasis, uasa uasorum.*

4 *Singulariter tantum declinata: ut propria nomina; ut* Cato Cicero: *&c. (nisi figuratè* Catones: Cicerones) *item fames, uer: lac: indoles: pix: humus: & pleraque metallorum nomina: ut aurum: argentum: stagnum: plumbum et similia.*

5 *Pluraliter tantum declinata, ut manes: penates: cancelli: liberi: fasti: quisquiliae: exuuiae; nugae:* Kalendae, *exequie: thermae, diuitiae: nuptiae; arma, & pleraque locorum nomina, ut* Parisij, Gabij, Athenae, Venetiae, *Hierosolyma, orum; &c.*

dem fœminina ut hæc ars, plebs, urbs, trabs, arx; pax, pix, crux, nux, nix, nox, lex, uox.

Polisyllaba masculina, ut hic calix, & calyx, thorax, nycticorax, apex, codex, frutex, pollex, index, pro digito, latex idest aqua, uertex, phænix, fornix, bombix, uarix. Item hic chalybs, triens, quadrans, dodrans, deunx, cum alijs aßis partibus.

Quartæ declinationis exempla.

In us, masculina, ut hic fructus, sensus, agnus, casus, euentus, census, luctus fœtus, metus &c. item hic lacus secundæ & quartæ.

In u. Neutra, ut gelu, cornu, ueru.

Quintæ declinationis exempla.


In es, quintæ finiuntur omnia, & sunt fœminina, ut hæc res, species, series, spes, & fides, &c.

Laus Deo, & Domino nostro Iesu Christo, & Virgini Sacratissimæ Mariæ Matri eius gloriosissimæ. Amen.

DE DECLINATIO-NIBVS NOMINVM.

REGVLA GENERALIS.





Mnia nomina declinantur secundum formas declinationum in primis rudimentis positas: declinatio autem ex genitiuo; & genitiuus ex terminatione cognoscitur.

Scholium.

1 Terminationes enim (*ut dictum est*) *cum de generibus egimus, primæ declinationis, sunt quinque* A; e, As, es, Am.

Secundæ, quinque; Er, Or, *ur, us, & um.*

Tertiæ, in duodecim has literas desinunt, A, E, I, O, C, D, L, *n, t, r, s, x, ut pœna, monile, synapi, sermo, lac,* D*auid, sal. lumen, caput, calcar, uirtus, pax.*

Q*uartæ, duæ tantum terminationes sunt, us, & u.*

Q*uintæ, una duntaxat, &c.*

2 *Atque ita cognita terminatione, scitur nomen non solum cuius sit generis; sed etiam cuius sit declinationis: & etiã quis sit genitiuus. Nã (ut in primis rudimentis dictum fuit) primæ, genitiuus est, in æ, uel in es, Secundæ in* I. Ter

tiæ in is. Quartæ in us. Quintæ in ei, & cognito genitiuo; interim omnes casus facile cognoscuntur ex declinandi formis.

5 *At cum eadem terminatio est duabus declinationibus communis; ut exempli gratia; a; & As, primæ; & tertiæ, uel tribus; ut us; secundæ; tertiæ; & quartæ: tunc ex genitiuo agnoscendum nomen; uel ex alijs casibus; si eos scire contingat; utrius ex illis declinationis sit; maximè uero ex quotidiano usu; & auctorum lectione.*

SCHOLIVM ALTERVM.

1 *PRæcepta declinationum; quæ per singulos casus; & eorum terminationes sigillatim progrediuntur; manifestè sunt non solum prolixa; ita ut obruant planè puerorum ingenia; sicut experientia ostendit (cum sit necesse uel cumulum præceptorum facere) sed etiam sunt planè inutilia; cum uno tandem omnia uerbo complectamur; uidelicet. Nomina omnia sic declinari; per formas uidelicet declinationum; in primis rudimentis positas; ut diximus, paucißimis exceptis per singulas declinationes quæ iam subiungemus. immo & has ipsas exceptiones necesse non erit; ut pueri memoriter addiscant; uel retineant ad uerbum, præsertim tertiæ; sed sensum tantum modo earum percipiant, & usu quotidiano, cum in auctoribus inciderint, obiter confirment.*

2 *Igitur nomina primæ declinationis in* A, As, & Am; *declinantur sicut* Musa, æ; *sic enim* Aeneas, æ Adam, æ. *In e; ut* Penelope; *genitiuo;* pes, *datiuo;* pe. *Accusatiuo;* pen; *per* n. *Vocatiuo; & Ablatiuo* pe *Sic in es.* Anchises; *genitiuo.* Anchisæ; *reliqui casus; ut* penelope. *Secundæ*

declinationis nomina flectuntur in us, ut dominus in um; ut templum. Tertiæ in o; ut sermo; in er; ut Pater; is. Quartæ in us; ut sensus, in u, ut Cornu. Quintæ in es, ut dies; uel res. Secundum scilicet formas; declinationum in primus rudimentis positas.

Exceptio primæ Declinationis.

1 *Dea; filia, liberta; equa mula, nata; & ambæ, ac Duæ; in Datiuo; & Ablatiuo plurali faciunt Abus.*

2 *In As; & A; græca habent accusatiuum in am; uel an; ut Aeneam, uel Aenean.*

3 *Antiquus genitiuus à nominibus in A, praesertim apud poetas fuit in ai, soluta Diphthongo; ut aulai; aurai, pro aulae; aurae, & in as, more graecorum; sed modo in compositione tantum manet; ut paterfamilias.*

Exceptio secundæ Declinationis.

1 *In R, excrescunt una Syllaba in genitiuo, addita i ut puer, pueri; praeter nonnulla in er; quae abijciunt e; ut Magister; gistri.*

2 *Vnus, ullus, alter, uter; totus, solus; & alius cum compositis inflectuntur sicut pronomen ipse; a, um.*

Exceptiones quatuor tertiæ Declinationis usu addiscendæ.

Prima Accusatiuus im, & Ablatiuus i.

1 *Accusatiuum im; habent uis, tussis; sitis; Tygris, Ty-*

beris; Neapolis; charibdis; Amußis; & græca quædam im; uel in; ut diœcesim; uel diœcesin.

2 Ablatiuum istum hæc dicta; tum neutra in al; ar; e; ut tribunali; puluinari; monili. Exceptis Iubare, Nectare; farre; pare uel pari cum compositis; præsepe; ac hepate. Item adiectiua, quorum neutrum in e; ut forti. Et mensium nomina; ut Aprili; Septembri.

Secunda Accusatiuus em, uel im, & Ablatiuus e, uel i.

1 *Accusatiuum em uel im; faciunt æqualis; clauis; nauis; bipennis; febris; peluis, pestis; restis; buris; turris; securis; cucumis; & puppis; & torquis.*

2 *Ablatiuum e; uel istum isthæc; tum reliqua adiectiua tertiæ; quæ non habent neutram uocem in e; ut fœlix. Et substantiua in uis; guis; gnis; ut auis; anguis; ignis. Et hæc duodecim aliquando; amnis; claßis; finis; neptis, postis uectis; fustis, strigilis; imber, uigil, pugil, uictrix; & supellex.*

3 *Item neutra; quæ habent Ablatiuum i, uel simul, e; & i, in plurali faciunt ia, ut monilia, præter comparatiua; & plus; quod raro facit pluria, & compluria.*

Tertia genitiuus pluralis ium.

1 *Omnia superioribus exceptionibus comprehensa habent genitiuum pluralem, ium.*

2 *Item in s, tertiæ: quæ habent tot syllabas in genitiuo; quot in nominatiuo; ut sedium.*

3 *Monosyllaba in duas consonantes exeuntia, ut mons,*

montium cum istis as, cor; dis; glis; lis; mas; nix; nox; uas ua dis; caro; & samnis.

4 *Comparatiua uero in orum fecere, ut pulchriorum; plus fecit plurium; bos; boum.*

5 *Festorum nomina plerunque etiam in orum, ut* Ba*chanaliorum;* Aliqua *ium; ut* Floralium; *Aliqua utrunque: ut* Saturnaliorum; & *lium.*

Quarta Datiuus, & Ablatiuus pluralis.

1 *Datiuus; &* Ablatiuus *pluralis fit in ibus: præter bobus, uel bubus; & græca in a, quæ sæpius in is; ut poematis; & poematibus.*

2 In *Græcis quoque nominibus, aliquibus interim casibus utimur græcis; genitiuo ut* Synapis; *uel* Synapios; *hebdomadis, hebdomados* Accusatiuo Aerem, *uel* Acra, Hectorem; *uel* Hectora; & *similibus.*

Exceptio quartæ Declinationis.

1 *Acus; arcus, atus, partus, quercus, quæstus, ficus, tribus; lacus, specus, ac veru, faciunt datiuum, & ablatiuum pluralem, ubus, ut acubus, arcubus, &c.*

2 *Quintæ pauca habent genitiuum & ablatiuum plurales.*

Communia omnibus Declinationibus.

1 *Compositum declinatur, ut simplex.* Si *ex duobus rectis componitur, uterque uariatur; ut* Respublica, Reipublicæ. *Præter alteruter, quod primam non uariat.* Si *ex re-*

eto & obliquo rectus tantum, ut paterfamilias, patrisfamilias, si ex duobus obliquis, sit indeclinabile, ut huiusmodi.

2 *Vocatiuus est similis nominatiuo. At graeca pleraque ablata s, ut* Palla, Pari, Theseu. *Et us secundae in e, ut* Domine, *& ius substantiua, in i, ut* Virgili, *& ex appellatiuis ó fili praeter* Deus. *Item ó populus; & popule. sic fluuius, & latinus, chorus, & agnus.*

3 *Neutra uero tres casus habent similes, in utroque numero,* Nomin. Accusat. Vocat. *& in plurali desinunt in a. Et tres ultimae declinationes etiam in plurali tres.*

4 Datiuus, *&* Ablatiuus *plurales semper sunt similes.*

Scholium Genitiui pluralis.

G*Enitiuus pluralis* Primae *est in arum,* Secundae *in orum,* Tertiae *in um, uel ium.* Quartae *in uum.* Quintae *in erum. Aliquando uero per Syncopen efferuntur, sic prima coelicolarum coelicolum, secunda* Deorum, Deum, *tertia coelestium, coelestum, quarta curruum, currum, quinta specierum, specieum, licet hoc ultimum non sit in usu.*

Scholium alterum genitiui tertiæ.

N*Equid desideraretur ad perfectam tractationem, placuit Scholio multiplicis uarietatis genitiui tertiae admonere.* Excrescit *igitur genitiuus tertiae una syllaba supra nominatiuum (praeter nonnulla in e,*

& i, es, & is. Et quaedam nomina in er, quae per Syncopem abijciunt, e, in genitiuo) hoc modo.

A, *atis, ut poema, matis.*
E, *is, ut monile lis.*
I, *is uel ios; ut sinapi, pis uel pios.*
O, *onis, ut sermo, monis.*
O, *inis, uirgo ginis, sed aliqua, enis, ut* Anio *anienis, unum caro carnis.*
O, *us, graeca quaedam,* Dido *dus, clotho, thus.*
C, *cis.* Halaec, *lecis.*
C, *ctis, lac lactis.*
D, *dis* Dauid, *idis.*
L, *lis animal, alis.*
L, *llis duo, mel mellis, et sel.*
N, *nis, splen, lenis, sed aliqua, en, inis, ut pecten, tinis, & pauca on, ontis, ut phaeton, tontis.*
R, *ris coclear, aris, sed in er, quaedam abijciunt e, ut pater patris, & quaedam ur, oris ut robur, boris: unum hae par, patos, cor, dis, iter itineris.*
As, *atis, ut pietas, tatis.*
As, *antis, quaedam graeca, ut* Adamas *mantis.*
As, *adis, alia graeca, ut hebdomadas madis: item uas uadis.*
As *aßis tantum, & uas uasis, ac unum mas, maris.*
Es, *is clades, dis.*
Es, *etis, lebes betis.*
Es, *itis, miles militis.*
Es, *edis pauca, ut pes pedis, & composita, ut bipes &c.*
Es, *idis: praeses, sidis & alia in ses deriuata à sedeo, ut deses &c. unum ceres Cereris.*
Is, *is, meßis ßis.*
Is, *inis, sanguis guinis.*
Is, *idis, lapis, pidis.*

Is; eris pauca, ut pulueris cinis.
Is; iris, unum glis: gliris.
Is: itis: quatuor: dis: lis: sanis: & quiris quiritis.
Is: eos: græca quædam ut physis physeos: & ois entis: ut simois simoentis.
Os: otis: cos cotis.
Os oris ros roris: unum os oßis bos bouis: custos: todis.
Os: ois: græca quædam ut minos: nois.
Vs: oris: tempus; poris.
Vs: uris: tellus telluris.
Vs: eris: uulnus: neris.
Vs: adis: quaedam: ut palus paludis.
Vs: odis: â pus composita ut tripus podis: aedipus &c.
Vs: utis: uirtus uirtutis.
Vs: untis: quaedam graeca: ut hydrus: druntis.
As aeris: & unus praes praedis.
Aus: audis: duo; laus laudis: & fraus.

Duabus consonantibus finita.

Bs: bis: plebs: ebis: sed: ebs: pollysyllaba: ibis: ut coelebs: libis.
Ls: ltis: unum plus pultis.
Ms: mis: unum hyems. hyemis.
Ns: ntis: triens: entis: sed iens: euntis: & composita: ut rediens: deuntis.
N: ndis: ut glans: andis & ins: intis: ut tyrins: tyrintis.
Ps: pis: inops opis: sed eps polysyllaba: ipis: ut princeps: cipis: unum auceps aucupis.
Rs: is rtis; ars art.
Rs: rdis; concors concordis.
X: cis; arx: arcis.
X: gis, lex, gis: sed in ex: igis: polysillaba pleraque; ut remex, migis, & icis aliqua; ut artifex: artificis: unum supellex; lectilis; senex se-

nis: nix niuis, coniux coniugis.

X, *ctis; ut nox noctis.*

T; *tis; uel potius ut itis: caput capitis, composita etiam uel in t: uel ps faciunt; cipitis: ut anceps, cipitis: occiput occipitis.*

Scholium de Anomalis.

S*Vnt aliqua; quae non seruant regulam: tot ferè formarum.*

1 *Duarum terminationum, ut punctus & punctum: baculus, & baculum: gibbus & gibber; cucumis & cucumer: pubis & puber: honor & honos, arbor & arbos; stips & stipis, & trium: ut tonitrus: & tonitrum & tonitru.*

2 *Duarum declinationum ut domus: colus: lacus, quercus, laurus, ficus: secundae: & quartae.* Item *delphinus: ni, delphin: nis: tapetum: ti: tapete tis: & tapes: tis: acclinis & acclinus, &c. cum alijs quibusdam in us: & is: secundae, & tertiae.*

3 *Singulare unius declinationis: & plurale alterius: ut uas uasis, uasa uasorum.*

4 *Singulariter tantum declinata: ut propria nomina; ut* Cato Cicero: *&c. (nisi figuratè* Catones: Cicerones) *item fames, uer: lac: indoles: pix: humus: & pleraque metallorum nomina: ut aurum: argentum: stagnum: plumbum et similia.*

5 *Pluraliter tantum declinata, ut manes: penates: cancelli: liberi: fasti: quisquiliae: exuuiae; nugae:* Kalendae, *exequie: thermae, diuitiae: nuptiae; arma, & pleraque locorum nomina, ut* Parisij, Gabij, Athenae, Venetiae, *Hierosolyma, orum; &c.*

6 *In quibusdam tantum casibus reperta, ut plus pluris, uis, uis; uim, uis, ui, in singulari.* Et *uerberis, uerbere. Nam plurale in istis est integrum.* Item *sors sorte: opis, opem, & ope.* Suppetiae *& suppetias, &c.*

7 *Indeclinabilia, ut fas, nefas, nihil, tot, & quot, & multa in u, i, e, ut gelu, gummi, frugi, tempe, et â quatuor usque ad centum, quae sunt indeclinabilia, omnis generis, & numeri pluralis.*

8 *In singulari unius generis, in plurali alterius, ut hic tartarus, haec tartara, hic auernus, haec auerna, hoc cœlum, hi cœli, hoc epulum hae epulae.* Et *duplex plurale masculinum & neutrum aliqua, ut iocus, locus, sibilus, filum, fraenum, capistrum, ioci & loca, loci & loca, &c.*

Quae omnia, cum alijs, magis usu, & Autorum *lectione, quam ullis praeceptionibus agnoscuntur.*

DE PRAETERITIS AC SVPINIS VERBORVM.

SCHOLIVM.

Regulas quidem, ut de generibus nominum fecimus prosa oratione: Exceptiones uero praecipuas, scilicet, quatuor coniugationum, & uerborum in or, carmine uoluimus tradere; iisdem quibus tunc causis impulsi. Aliqua autem, in Scholijs suis locis separauimus, tum ea: quae sunt rarioris usus, tum obsoleta tum demum caetera irregularia; idq; ne multitudine carminum uel praeceptorum in rebus non ita necessarijs grauaremus tenera puerorum ingenia. Quod si facti peritiores, quandoque istis indiguerint, poterunt illa in scholijs ibidem positis inspicere. Addidimus etiam exemplorum syluam, ut abunde exercitationi quotidianae materia suppeteret.

Ordinem autem in his tradendis, ut putamus, rectum adhibuimus; et captui puerorum facilem, & ad memoriam expeditum, per singulas scilicet coniugationes, & in singulis, per singulas earum terminationes, & has quidẽ ordine alphabetico distinctas. Sed in his rursus singulis, per praeteritorum, ac supinorum diuersitates, & differentias, in classibus scilicet suis, quaeque collocando. Nec id tantum in regulis sed etiam in ipsis exceptionibus obseruauimus.

Scopus ante hic nobis fuit primum, ut breuiter, deinde ut perspicue, tertio ut ordinaté ea traderemus. Nã in alijs hactenus grammaticis, quod sciam, uel obscura nimis dificilia, uel nimia prolixitate haec fuerunt praecepta conscripta ut uel difficultate deterrerentur tum magistri tum discipuli: uel nimia prolixitate plurimum grauarentur. Deinde hoc

6 *In quibusdam tantum casibus reperta, ut plus pluris, uis, uis; uim, uis, ui, in singulari.* Et *uerberis, uerbere. Nam plurale in istis est integrum.* Item *fors forte: opis, opem, & ope.* Suppetiae *& suppetias, &c.*

7 *Indeclinabilia, ut fas, nefas, nihil, tot, & quot, & multa in u, i, e, ut gelu, gummi, frugi, tempe, et â quatuor usque ad centum, quae sunt indeclinabilia, omnis generis, & numeri pluralis.*

8 *In singulari unius generis, in plurali alterius, ut hic tartarus, haec tartara, hic auernus, haec auerna, hoc cœlum, hi cœli, hoc epulum hae epulae.* Et *duplex plurale masculinum & neutrum aliqua, ut iocus, locus, sibilus, filum, fraenum, capistrum, ioci & ioca, loci & loca, &c.*

Quae omnia, cum alijs, magis usu, & Autorum *lectione, quam ullis praeceptionibus agnoscuntur.*

DE PRAETERITIS AC SVPINIS VERBORVM.

SCHOLIVM.

Regulas quidem, ut de generibus nominum fecimus prosa oratione: Exceptiones uero præcipuas, scilicet, quatuor coniugationum, & uerborum in or, carmine uoluimus tradere; iisdem quibus tunc causis impulsi. Aliqua autem, in Scholijs suis locis separauimus, tum ea: quæ sunt rarioris usus, tum obsoleta tum demum cætera irregularia; idq; ne multitudine carminum uel præceptorum in rebus non ita necessarijs grauaremus tenera puerorum ingenia. Quod si facti peritiores, quandoque istis indiguerint, poterunt illa in scholijs ibidem positis inspicere. Addidimus etiam exemplorum syluam, ut abunde exercitationi quotidianæ materia suppeteret.

Ordinem autem in his tradendis, ut putamus, rectum adhibuimus; et captui puerorum facilem, & ad memoriam expeditum, per singulas scilicet coniugationes, & in singulis, per singulas earum terminationes, & has quidē ordine alphabetico distinctas. Sed in his rursus singulis, per præteritorum, ac supinorum diuersitates, & differentias, in classibus scilicet suis, quæque collocando. Nec id tantum in regulis sed etiam in ipsis exceptionibus obseruauimus.

Scopus ante hic nobis fuit primum, ut breuiter, deinde ut perspicue, tertio ut ordinatè ea traderemus. Nā in alijs hactenus grammaticis, quod sciam, uel obscura nimis difficilia, uel nimia prolixitate hæc fuerunt præcepta conscripta ut uel difficultate deterrerentur tum magistri tum discipuli: uel nimia prolixitate plurimum grauarentur. Deinde hoc

quoque utilitatis attulimus, ut in singulis regulis certam formationem, relicta litera in eis characteristica, indicaremus: ut nullo negotio sciant pueri ea formare. ut gratia exempli in po, psi, ptum, in mo, mui, mitum, in, ro, rai, rtum & similibus, siquidem dato uerbo aliquo, per eas terminationes, ut potè sculpo; facile puer discet, sculpsi facere, & sculptum; et uomo, uomui, uomitum, et assero, asserui, assertum. At aliàs sæpe labi, & hallucinari puerum cõtingebat, ut si diceretur, in mo, ui, tum, in ro, ui, tum, in, so, ui tum, et similibus. Tunc. n. exempli gratia, dato uerbo gemo. puer diceret, getum, uel gẽtum; nec sciret an potius gemitum. Exero, diceret, exui, extum, uel exetum uel exitum, perinde, ac exertum. Lacesso, lacesui; lacetum; pro lacessiui lacessitum. Qui sanè error familiaris erat ex ea causa pueris; et id in quibusdã grammaticis non raro desiderabatur, imo et expreßimus subinde ipsa præterita & supina, & primum presentis maximè ubi maior erat dificullas ea agnoscendi: ut familiaria fierẽt discipulis: et ne sint inaudita et noua; nã etiam, si sciant formationis, regulã sepe nescirent formare.

Regulas præterea exemplis illustrauimus, aliàs nimis arida et ieiuna forent præcepta, & exercitationi minus accõmoda; ut quibusdam contigit. Titulos etiã suis locis apposuimus, quæ non solum lucem adserunt, sed sunt ueluti cõpendiolum omnium præceptorum. Breuißimo item tempore hæc disci posse, & quidem in duplo minus, quam antea, apud alium Grammaticum (quod sciam) quisq; deprehendet: ita ut minus quam uno mense (ni fallimur) probè prælegi, et disci poßint. Demum conati sumus, ut maxima esset distinctio non solùm regularum: sed etiã exceptionum ne lacerarentur hemistichijs carminum; quod plurimum solet puero & intelligendum, & ad recordandum obesse

atque perturbare; sed, ut singulæ earum diuersitates ab initio carminis, quoad fieri potuit, inciperent, unde etiam factum est, ut hic modus aptior esset ad exercitationem, pariter ac memoriam ob regulas, regularumque claritatem, exceptionumque distinctionem, & ordinem.

Postremo hoc utilitatis, ut uno uerbo dicam, attulimus, nempè breuitatem, facilitatem, distinctionem & ordinem: & ut certa denique sit formatio cuiusque præteriti, ac supini, ut quiuis experientia comperiet. Nec uero hæc contemnenda sunt, cum plerumque uel doctiores in unius præterito, uel supino uerbi hallucinari contingat. Sed iam tractationem ipsam ordiamur.

DE PRAETERITIS, AC SVPINIS VERBORVM,

REGVLAE GENERALIS.

1 *Omnia præterita, et supina fiunt à secunda præsentis persona, ultimæ Syllabæ mutatione; modo, qui dicetur.*

2 *Compositum non geminat primam præteriti; in cæteris sequitur simplex. Exceptis paucis, quæ postea suis locis explicabuntur.*

3 *Quæ carent præteritis, carent quoque supinis.*

PRIMA CONIVGATIO.

As, Aui, Atum.

Verba primæ coniugationis formant præteritum à secunda persona præsentis indicatiui, as, mutata in, aui, & supinum in atum, ut amo, amas, amaui, amatum.

1. Ambulo deambulo: dealbo instruo delibo. &c.

Exceptio.

As, in ui septem mutant in itumq; supino Hæc, cubui, crepui, domui, sonui tenuiq;. Et uetui, & plicui: cōpostaqs quatuor ista Tātum; cōplicui, applicui, implicui, explicuiq;

Nexo.

2 *Hæc tria ctum, fricui, secui necui, micuiq;*
Emicui absque supinis, Nexum nexui habebit
3 *Tum, laui, lotum, uel lautum, potoq; potum,*
Et iuui, iutum. Aui, rarius omnia, & Atum.
Do, que dedi fit, stoq; steti, orta stitique stitumst.

SCHOLIVM.

Rarioris usus sunt, à plico supinum plicitum, à frico frictum, à iuuo iutum, & à, neco, necui, nectum, sed manent in compositis, ut applicitum, perfrictum, adiutum, enectum licet aliqui uelint, frictum, et necui nectum frequētius esse, quam fricaui, & necaui necatum, à mico unum dimico, frequētius dimicaui, dimicatū, ab æstuo uno supinum æstuatū.

1. Habeo, adhibeo, debeo, coerceo, exerceo, exteneo, &c.
2. Abstergeo, detergeo, mulgeo, &c.
3. Admoueo, amoueo: foueo: confoueo, uoueo, etc.

SECVNDA CONIVGATIO, QVAE semper desinit in eo, Es, ui, itum.

Verba secundæ coniugationis formant præteritum à secunda persona præsentis, es mutata in uidiuisas syllabas, & supinum in itum, ut moneo, mones, monui, monitum.

Sed in, geo, si, sum, ut tergeo, tersi, tersum. Veo, ui, tum ut moueo, moui, motum, præter cautum, & fautum.

Exceptio prima. In Deo, Geo, Leo.

In Deo, di; sum, octo, uidi, tradi. Et geminalunt,
Istha:c, mordeo, pendeo, spondeo, tondeo, primam.
Sedi, duplo, ss, sessum, stridiq; absque supino.
Hæc uero tria; rideo, suadeo, & ardeo, si, sum.
2 *In Geo, xi, tria, ctum, augeo & auxi, lugeo luxi.*
Mulgeo, mulxi, mulctum; idem mulsi quoque mulsum,

Frigui habet frixi,indultumque indulgeo sæpe.
In leo,leui, letum hæc, deleo, cum fleo flexi; Adoleo.
Apleo composita, atque oleo, uerum excipe adultum.
Ac olui simplex, olitum; subolet, redoletq;.

Exceptio secunda variæ terminationis.

1 *Si,sum,sit,mansi,iubeo iussi,hæreo & hæsi*
mulsi,tortum,& sum,torqueo torsi,sorbui habet psi,ptum
absque supinis,luceo, luxi.
2 *Adde supina hæc,doctum,tentum,torreo, tostum.*
Misceo quod mixtum,uel mistum,censec,censum.
Et neui,netum, ac cieo ciuique,citumque. Neo.

Exceptio tertia eorum,quæ carent præteritis,uel supinis.

Neutra geo,ueo,quæque in,ui, formant quoque neutra. 1. Fulgeo; refulgeo:algeo.
Vrgeo cum timeo,absque supinis, polleo:nil dat.
Deme;oleo,taceo,placeo,ac indulgeo,luget.

S C H O L I V M.

Nam supina hæc rarioris usus sunt, à ualeo ualitum, à lateo latitum,à doleo dolitum à noceo nocitum;à pareo paritum, à caleo calitum, à liceo licitum, nam id potius à licet impersonali alterius significationis à careo caritum uel cassum; Quamuis in usu sit participium futuri cariturus & cassus. Ab arceo olim arcui, arcitum,uel arctum,unde hodie in compositis extat: exercui,exercitum,ab exerceo, ab studeo aliqui faciunt studitum supinum,sed non uterer. Censitus & recensitus à Censeo esse uidetur & recensco, sed alij malunt à uerbo quartæ censio,is,ui,itum:& recensio deduci. Item ab indulgeo raro indulsum nam frequentius indultum ut duximus,sic à torqueo torsum rarius,tortum frequentius, à pateo passum;sed aliqui potius uolunt sit à pando.

2. Ferueo, flaueo,paueo.
3. Frondeo, madeo; stupeo.

2 Item ab oleo simplici oleui oletum rarius, nam usitatius,olui olitum, ut dictum fuit, sed in compositis contra à frigeo simplici frixi,non ita frequens, nec frigui, usitatius in cõpositis utrumq;placet.n.opinio,quæ utrumq; admittit præteritum,ab algeo quidam etiam uolunt fiat alxi; sed tamẽ alsi usitatum,à strideo,stridui,pro stridi inusitatum est.

3 Notandum item,dici,cieo,es,ciui citum, secundæ, & cio,cis,ciui citum Quartæ;sed hoc differunt,quod citum à cieo,corripit penultimam,ut excitus. At citum à, cio, is, quartæ producit,ut accitus,excitus.sic tergeo,es,per secundam,uel tergo, is, per tertiam utrunque usitate, à maneo mansi,quatuor,faciunt in ui,sine supinis, ut alia neutra secundæ:imminui:eminui:præminui ac prominui,per regulã.

4 Item uerba hæc sunt rarioris usus,uileo, liqueo, deliqueo,erubeo,hebeo,plumeo,caneo,seneo,pro quibus augmentatiuis potius utimur. Senesco,canesco,plumesco, hebesco,erubesco,liquesco, uilesco, &c. in præteritis tamen manent,quæ ab eis,ipsa augmentatiua mutuantur,senui,erubui,&c. præterea nideo & renideo rarum est,et niueo, nixi,nictum,idest nutum facio:pene inusitatum, unde conniueo extat,a quo nimis rarum etiam est commiui,uel commixi, & caret supino. Quæ omnia à pueris ignorari liceat,dum peritiores cognoscant.

5 Quædam sunt secundæ, neutro passiua sic dicta,quia habent præteritum passiuæ uocis,scilicet audeo,ausus sum: gaudeo gauisus sum,mæreo mæstus sum,soleo solitus sum, sic etiam prandi,et pransus sum, sicut fio tertiæ factus sum &c.de quibus postea,cum de irregularibus.

6 Aduertẽdũ est in oĩbus exceptionibus:tã prædictis,quã reliquis:in quibus uel tãtum præteritum, uel tãtũ supinum excipitur;intelligendum esse in alijs ea oĩa seruare regulã.

IS, I, TVM.

Verba tertiæ coniugationis formant præteritum à ſecunda perſona præſentis, is, in i, & ſupinum in tum, ut conſtituo,conſtitui,conſtitutum,in hunc modum.

Præcedente conſonante ante O.Nouem Regulis ordine alphabetico.

Bo, Bi, Bitum.

In Bo,*fit bi,bitum,ut bibo,bibi,bitum. Sic lambo; et ſcabo,abſque ſupinis.*

Exceptio in Bo.

Bo,duo,pſi,ſcripſi, ſcriptum,nupſi quoque nuptum.
Finita in cumbo,faciunt,cubui,cubitumque.

CO,HO,GO,GVO,& QVO,XI,ctum.

In Co,*fit xi,ctum ut dico,dixi,dictum,ſic* Ho,Go,Guo: *& Quo, ut traho traxi &c.*

At,rgo,rſi,rſum,ut mergo,merſi,merſum,& á linquo, liqui.

Exceptio in Co, Go.

1 *Co,tria,ci,uinco,uici,uictum, ico dat ici.*
Pareo peperci, uel parſi facit abſque ſupinis.
2 *Go,gi,ſex,lego,legi,& ago,egi, ſed tria ſemper*
Pellunt n,Frango fregi,tanto tetigique.
Et pango,pro iungo pegi,pro cano panxi,
Pacta ineo,pepigi,pungo,punxi,pupugique.
Sed figo fixum,frigo frixum. Atque ſupina,
Fictum,pictum,mictum,rictum ſtrictum, adimunt n,
Lexi,lectum; intelligo,diligo,negligo,poſcunt.
Pergo Perrexi,& ſurrexi ſurgoque rectum.
Ambigo,uergo,præterito caret,iſta ſupino,
Lingo,ango,ſugo,dego,degique, ſate gi.

1. Regula Praebibo: ebibo deglubo.etc.

2 Regula. 1.duco traho rego eſ ligo eſtinguo coquo decoquo & c.

2.Immergo ſpargo aſpergo tergo, etc.

3. Reg. — De, Dis Sum.

1. descendo incendo, scando, occido, descendo, &c. — In do, di sum, ut ascendo ascendi, ascensum.

Exceptio in do.

Do, geminant primam, cecidi cado, cædo cecidi,
Tendo tetendi, tensum & tentum, pendo pependi.
Do, composita, didi atque ditum, cum tertia flectit.
Addo, reddo, perdo, prodo, abdes &c. — Pellunt enim tutudi, tusum, fodi quoque fusum.
Findo fidi, fissum, sic scindo, scidi quoque scissum.
Dat sum, sumque comedi, abscondi, sum dat itumque
Si, sum, dona hæc, cedo, claudo, uadoque plaudo,
Rado, rodo, lædo, ludo, diuido, trudo.
Sedi sessum, à sido, strido, rudo absque supinis.

4. occulo, præcello, antecello. — Lo, Lui, Ltum, Llo, Llui, Lsum.

In lo, lui, ltum, llo, llui, lsum, ut consulo, consului consultum, excello, excellui, excelsum.

Exceptiones tres.

1 Lo, altum alitumq;, colo cultumq;, molo molitumque.
2 Llo, tria, lli, psallo, cum sallo, fallo fefelli.
pello. — Velli uel uulsi, uulsum, pepuli dato pulsum.
Percello, perculsi, culsum, & perculi habebit.
Tollo. sustuli, habet sublatum, sed tetulli olim.
Psallo, uolo, nolo, malo sunt absque supinis.

5. Vomo, euomo, fremo. — Mo, Mui, Mitum.

In mo, mui, mitum, ut gemo, gemui gemitum.

Exceptio in mo.

Mo, psi, ptum, como, demo dat sumoque promo.
premo — At pressi pressum, emi, emptum, tremui absque supino.

6. insculpo repo, obrepo, carpo, &c. — Po, psi, ptum.

In po, psi, ptum, ut sculpo, sculpsi, sculptum, sed rumpo, rupi, crepui, crepitum, strepui, strepitum.

No, sco, so, ui, tum.

In no, & sco, fit ui, so siui. Et mutant ui in tum, ut sino siui noscо noui, arcesso, arcessiui, si tum; &c, 7 *Desino. ignoso, qui esco, accerso, lacesso, &c.*

Exceptiones tres.

1 *No lino dat lini, & leui, liuique litumque.*
Cerno creui; sperno spreui, sternoque straui.
At gigno genui, genitum; posui positumque.
Temno facit tempsi, temptum, cecini cano cantum.
Composita in cinui, centum; quod concino monstrat.
2 *In sco, cognitum, & agnitum habebit, pascoq; pastum.*
Nil compescui habet, didici, cum posco poposci.
In sco, præteritis augmentatiua carebunt.
4 *Sso, ßi; ssum, tria dant; incesso, capesso, facesso, uiso capit si, sum. Sed pistum pinsui habebit.*

Ro, Rui, Rtum, & Rro, rri, rsum.

In Ro, rui, rtum, & Rro, rri, rsum, ut exero exerui, exertum, occurro; occurri, occursum. 8 *Assero, disero, occurro, decurro.*

Exceptio.

1 *Vi, tum, quinque, sero serri; pro planto, satumque.*
Consero consеui, inseroque inseuique, situmque.
Sed serui sertum, cum mutant significatum.
Quæro quæsiui, & situm, triui, tero tritum.
Hæc uaria, ußi, ustum uro; fero latumque tulique.
Geßi, gestum, uerri, & uersi, curro, cucurri. *Gero, uero* *Gero, uero*

To, ti, sum, at; cto, uel xo, xi, xum.

In to, ti, sum, at cto uel xo xi, xum, ut uerto, uerti, uersum, flecto, flexi, flexum. sed pecto, & necto, uel nexo, etiam xui, & texo, textum. 9 *auerto conuerto, plecto, inflecto.*

Exceptio in to.

Sisto, stiti Actiuum absque supino, nil dato neutrum.
Compositumque stiti, stitum, ut hæc, aßisto, resisto.
Mitto, misi, missum, messui habet meto messum.

Aſque ſupinis ſtertui,& iui,dat peto,& itum.

PREACEDENTE VOCALE

I,ante,o,tribus his regulis.

1. Aſpicio inſpicio allicio illicio &c.
2. perſodio percutio: conſodio.
1. Abluo; imbuo.
2. ſoluo; perſoluo.

1 In acio,eci,actum;ſed icio:eci:ictum:ut facio feci:factum reficio: refeci refectum; exceptis in licio: lexi: & ſpicio: ſpexi: & elicui elicitum.

2 In dio: di: ſſum: tio: ßi: ſſum: ut fodio: fodi: foſſum: quatio: quaßi: quaſſum.

3 In pio:pi: ptum: ut capio: cepi:captum:compoſita: cepi ceptum.

Exceptio in io.

At rapui raptum: ſed dant ripui: ortaque reptum.
Et cupio: iui: itum: ſapui: ſapitumque ſapiui.
Fit pario: peperi: partum: fugi: fugitumque.

In Vo: ui: & ũ õ diuiſis: ũ ĩ: ſupinum utum: ut uoluo: uolui: uolutum: ſtatuo: ſtatui:ſtatutum.

Exceptio vo.

1 Xi: duo: ctum: uiuo: uixi: uictum: & ſtruo: ſtruxi.
Sed fluxi fluxum. Ruo fit ruitum: orta rutumque.
2 Anuo compoſita: & gruo: ut annuo: congruo: iunge
Aeſpuo: cum metuo; atque luo: cluoque abſque ſupinis.

SCHOLIVM.

Aliqua rarioris uſus libuit ſeparare: & dificiliora cognitu: quám ut teneris ingeniјs ſint in primo limine obtrudenda: quæ tamen inſeruire poßint doctoribus.

In ſco: rarius reperitur ſupinum: à diſco diſcitum; à poſco poſcitum; à compeſco compeſcitum: cum uerbo diſpeſiui diſpecitum raro: & ideo ea carere diximus.

In go: a frigo is: ſupinum frictum rarius eſt; nam frixum frequentius: à pungo compoſita habent in præterito

tantum; xi: non gi: ut expunxi: compunxi; præter unum repupugi; tinguo: is: pro tingo rarius est: sic etiam potius dicendum meio; quàm mingo; à clango aliquando reperitur clangui.

In Do: a uado simplici: uasi; uasum: & á rodo quoque simplici rosi: rosum; rariora sunt; composita uero satis usitata: ut inuasi: corrosi; corrosum; &c. studo: di: absque supinis: pro studeo es: secundæ rarius á pando; aliqui uolunt in supino pansum per n: ut expansum alij passum; quos sequuti sumus; sic etiam a tundo simplici aliqui uolunt tunsum per n; frequentius fieri; sed n; ablato: fit semper in compositis, ut contusum; olim etiam in præterito habuit tunsi: à cado composita pauca habent supinum: nam uix alia reperiuntur præter occasum: & recasum; & incasum; pedo quod pepedi; geminat peditum: etiam si ignoretur; nihil refert; licet sit usitatum; & ideo omissum est; ex cudo aliqui uolunt in præterito fieri: cusi; & cussi per duplex: ss; á cedo fit cessi semper cessum: ss: geminato: sic scissum à scindo & fissum á findo. A do cōposita tertiæ: quæ geminant sunt: hæc addo; abdo: edo; obdo; indo: dedo; reddo; perdo; condo, trado; uēdo; prodo: subdo; tria sunt primæ; circundo: uenundo; pessundo: quàm sequitur simplex per regulā; cōpositas.

In lo: a uolo: & nolo; philosophi usurpant uolitum; & nolitum; ab alo melius usurpabitur: alitum quàm altum: ob ambiguitatem uitandam.

In no: a simplici cerno; cretum; non ita est in usu; sed usitatius in compositis; ut concretum.

In eo. Quæro; aliquando per Syncopem facit: quæstum; pro quæsitum; á curro; olim omnia geminabant; ut decucurri; excucurri: &c. nunc solum; præcucurri; ut dicemus postea cum de irregularibus.

In so, á pinso, pinsui, & pinsitum rarius, nam pistum frequentius.

In to, á Sisto, aliquí uolunt aliquando fieri statui, statutum in actiua significatione. s. pro stare facio, in neutra uero significatione. s. probare, caret ut diximus præterito, & supino, sed mutuatur utrunque à uerbo sto, stas, steti, statum, metó duplici, ss, facit messui, messum, & supinum missum, à mitto; sed præteritum simplicis, misi.

In io, á sapio sapiui, sapitum penultima longa, rarius est, nam frequentius sapui, sapitum penultima breui, & similiter se habēt composita á pario quod fuit olim quartæ, ut nunc sunt composita paritum rarius, nam partum usitatius, ex illo tamen extat participium pariturus à simplici quatio, quaßi, quaßum, quidam uolunt non esse in usu, sed solum in compositis, ut concußi, ßum.

In uo, à pluo, pluui, pluuitum; rarius nam frequentius plui & raro, reperitur, hoc uerbum; nisi in tertia persona singulari pluit pluebat &c.

Item hæc uerba rari sunt usus, scabo scabis, bi, sine supinis. i. frico, & glubo, is, unde deglubo, tinguo, is, pro tingo, is, clepo, psi, ptum, á græco, clepto. i. furor: aris, caluo, is, ui. i. decipio, & passiuum caluor calueris, etiam caluo as, primæ. i. caluum facio & caluco, es; secundæ, et caluesco. i. caluus fio; sternuo; sternui; unde hodie sternutum, nam frequentatiuum usitatum sternuto; tas. Hæc omnia; ut doctioribus non inutilia, ita & pueris; nimis multa fore uiderentur; cum uix reperiantur, & rarißimi; sint usus.

QVARTA CONIVGATIO, QVAE semper desinit in io, præter, uæneo, eo, & quæo cum compositis.

IS; IVI; ITVM. | I. Exaudio

Verba quartæ coniugationis formant præteritum à secunda persona;Is,mutata in iui;& supinum in itum,ut Audio,audis;audiui;auditum. | scio,mollio obedio,impedio,delinio.

Exceptio.

1 *Si;Tria;sum;campsi,sensi cum raucio rausi.* | 1.Cambio, sentio.

2 *Si,Tria;tum;sarsi;sarsi,cum sulcio sulsi.*

Haurio, at ausi;haustum,sed sepsi;sepio,septum. | 2. Fartio sartio. Synerefis.

3 *Xi;tria ctum;sanxi;uinxique;amicui uel amixi.* | 3. Sancio, uincio,amicio.

4 *Apario composita;rui;& rtum;quale aperit; quod Fecit apertum. At uerò comperi habet; reperique.*

5 *As salio;salui;& salij;saltum;indeque sultum. Composita;ut desultum;& singultum;atque sepultum.* | Desilio,singultis,sepelio.

Veni;uentum;& uæneo uænum. Aio; Ferioque. Et meditans caret in rio,parturio;esurio; dant.

6 *Parcius utendum;cambiui;hauriui;amiciui. Sepiui;sanciui,sarciui;atque saliui.*

SCHOLIVM.

Cambio;is;aliqui putant parum esse latinum; & cambium nomen barbarum,sed necessitas uti coegit;ab amicio amixi;uel amicui;utrumque rarum est;sicut à raucio;rausi rausum;item irraucio;& per secundam rauceo,es;raucui: & irrauceo: usitatius etenim est raucesco, à uæneo præteritum uænij per Syncopem usitatius est;quàm uæniui citra Syncopem, A Nupturio;quandoque reperitur præteritum nupturiu,item rarum est uerbum compedio;idest ligo pedes; unde extat compeditus;& glocio idest, sono, ut gallina;quando ouis incubat;a uincio aliquando uinciuis; uincitum;pro usitatis;uinxi uinctum, & si quæ sint alia rarioris usus; quæ lectio ipsa authorum ostendet.

DE VERBIS IN OR.

Præteritum.

Ex participio fit præteriti: & uerbo sum, es, fui, ut amor: amatus sum; uel fui: & hoc participium ex supino ultimo: addita S.

Supinum.

Passiua ab Actiuis. Deponentia, & communia à secunda persona; aris, in atum; uel eris, & iris; in itum; ut auxiliaris auxiliatum; uereris ueritum; potiri potitum; exceptis tris paucis: ordine alphabetico,

Exceptio.

1 *Excipias; labor lapsus, fungor quoque functus.*

Bor gor. *In Scor; nascor natus, & iratus. Sed in iscor:*

Scor. *Nanciscor nactus. Pactusque oblitus, & ultus.*

Commentus quæ profectus, & experrectus; adeptus.

Quor ror *Alloquor adde loquutus. Dat questi usque sequutus.*

Tor. *Anitor nisus nixusque amplexus: & usus.*

Eor. 2 *Hæc in eor fateor fassus; compositaque fessus.*

Vor. *A Reor & ratus. A tueor tutus; tuitusque, atque fruor fructus poscit, fruitus quæ misertus.*

Ior. 3 *Hæc in ior; gradior gressus. Dabit ordior orsus.*

Pro texo orditus; patior passus; moriorque

Mortuus; expertus; mensusque; orior dabit ortus.

4 *Nil formant uescor; liquor; medeor; remiscor.*

SCHOLIVM.

A blandior, blāditus rarioris est usus, sicut a metior metitus; pro mensus. Item ab opperior deponente pro spectare; præteritum oppertus; & opperitus; a liceor; licitum; uel licitus sum non est in usu; sed pro eo utimur: licitatum; a licitor; aris: nam licitum; & licitus: à licet potius in alia significatione.

Item haec uerba sunt rarioris usus; tuor tertiae: cum compositis: contuor; intuor, &c. pro tueor secundae: contuor: intueor: &c. quae magis sunt in usu. Item rarum est satiscor: & satisco: a quo sessus extat: sic ab apiscor obsoleto uerbo extat aptus sum licet nonnullis potius nomen esse uideatur extat & compositum usitatum adipiscor inimicor aris idest inimicitias gero rarioris est usus nec tamē barbarum. Sed poeticum à pascor depeciscor per e & de pectus et lapsor oris frequentatiuū a labor eris rara sunt.

Notandum est ab orior & morior participium futuri esse oriturus, & moriturus: ac si praeteritum esset non mortuus sum & ortus sum sed moritus et oritus aliqui itē nomen esse putant mortuus non participium nec praeteritum. Item orior infinitiuum habet oriri per quartā in alijs potius sequitur tertiam quamuis & oreris uel oriris quoque recte dicatur in secunda praesentis.

De vltimo Supino.

Vltimum Supinum formatur a primo m ablata ut amatum amatu.

Verba uero quae carent paßiua significatione fere carent ultimo supino ut pleraque. neutra & deponentia ut non dicimus a uenio uentu a sequor sequutu,

SCHOLIA DE IRREGVLARIBVS.

1 De compositis, quæ in compositione mutantur.

Compositum sequitur simplex si nulla eius fiat mutatio in compositione ut amo redamo lego perlego &c. ut dictum fuit.

At si quae mutatio simplicis in cōpositione fiat ea semper manet ut claudo clausi clausum occludo occlusi occlusum, carpo carpsi carptum discerpo discerpsi discerptum.

2 Variæ compoſitorum mutationes.

Solent autem in compoſitione ſimplicia mutari uarijs modis; in prima ſcilicet præſertim ſyllaba, nempé his.
A; *in e; ut damno; condemno; carpo diſcerpo. &c.*
A, *in* I, *ut habeo, prohibeo, ut ſtatuo, conſtituo &c.*
A, *in u; ut ſalto, inſulto, ſcalpo, inſculpo.*
A, *etiam expellitur: ut claudo, recludo, quatio, concutio, la uo, abluo, in quo etiam ex conſonanti u, litera facta eſt uocalis, niſi quis potius uelit dicere, compoſita eſſe á luo.*
E: *diphthongus in i. ut lædo: illido. Quæro, inquiro.*
E: *etiam in i, ut emo; redimo, teneo, retineo.*
A*dimitur aliquando ſyllaba prima, ut a rego, pergo, & ſurgo: & ſi quæ ſint aliæ uariæ mutationes.*
A*t in omnibus facta mutatio ſemper manet, tã in præterito, quã ĩ ſupino, exceptis his paucis, que mutãt a, uel e: in i.*

3 Compoſita mutantia a uel e, ſimplicis in I.

1 *Cum a, prima uocalis ſimplicis in compoſitione mutatur in* I, *ſi ſint tertiæ coniugationis; ut à cano; concino, in ſupino compoſiti fit e, ut concentum; præterquam á uerbis finitis in do, go: quæ ſequuntur ſua ſimplicia, ut recido: redigo, redegi, redactum, & ab ſtatuo quæ retinent ſemper i ut conſtitui conſtitutum & à maneo ſecundæ manſi quatuor imminui aminui præminui abſque ſupinis,* De qui*bus ſuis locis fuit dictum.*

2 *Cum uero e mutatur in* I *ſequuntur etiam ſua ſimplicia ut redimo redemi redemptum præterquam a lego tria in xi intellexi dilexi neglexi & a teneo ſecundæ ac ege quæ retinent i. in præterito ut continui indigui.*

4 Compoſita mutantia coniugationem.

1 *Ex prima ſunt tertiæ a do & a cubo in aſſumentia, ut recumbo præter circundo das peſſundo uenundo primæ.*

næ, & pleraque à sto, ut consisto.

2 Ex secunda, uel tertia fiunt quartæ, à cieo, uel cic, & pario, ut concire, aperire, &c.

5 Per Syncopem mutata.

Præteritum in ui, fit plerumque per Synpopem ii, & sti, ut petiui, petij, petiuisti, petijsti, amasti &c.

6 Geminantia.

1 Quædam primam Syllabam in præterito geminant; quæ suis locis dicta sunt, ut mordeo, memordi, &c.

2 Supinum nunquam geminat, sed neque compositi præteritum; præterquam à do, disco, posco, sto, item repupugi, & præcucurri.

7 Neutro passiua.

Neutro passiua quinque, sic dicta, quód præteritum passiuæ uocis habeant, scilicet audeo, ausus sum, gaudeo, gauisus sum, fio, factus sum, mœreo, mœstus sum, soleo, soletus sum.

8 Duplex actiuæ, & passiuæ uocis præteritum.

1 Præteritum uero actiuæ, et passiuæ uocis simul habēt: cœnaui, & cœnatus sum, iurauit & iuratus sum, potaui, et potus, prandi, & prāsus, placui, et placitus, sueui, et suetus fidi: et fisus: nupsi, nupta. Itē mereor: meruit: et meritus sum.

2 Et impersonalia hæc, libuit, & libitum est, licuit, & licitum est, tæduit, et pertæsum, nā tæsum nō est in usu, piguit & pigitum, puduit, & puditum, miseruit, & misertum est.

9 Eadem præterita à diuersis uerbis.

Luceo, & lugeo, luxi.

Mulceo, & mulgeo, mulsi, mulsum.

Frigeo, & frigo, frixi.

Fulceo, & fulcio fulsi.

Pendeo, & pendo, pependi, pensum.

Strideo,& ſtrido,ſtridi.
Paueo,& paſco,paui.
Necto,& nexo,nexi,uel nexui,nexum.

Eadem Supina,a diuerſis uerbis.

Prodeo,& prodo,proditum,
Teneo,& tendo,tentum.
Pango,& paciſcor pactum.
Vergo,& uerro,& uerto,uerſum.
Pando,& pateo,patior,paſſum.

10 Deficientia.

Quæ carent præteritis,carent ēt ſupinis,ut dictū eſt ſolent uero per ſynonima ſuppleri, ut furio, inſaniui, ferio, percuſſi,percuſſum,&c. carebunt etiam omnibus, quæ à præteritis formari ſolent.

11 Carent præteritis.

Aliqui deſiderant habere ſimul omnia,quæ carent præteritis & Supinis,& ideo quamuis ea ſuis locis excerpſimus,tamen libuit hic ſimul omnia congregare.

1 *Augmentatiua in ſco,ſed mutantur à primitiuis, ut putreſco,putrui.*

2 *Deſideratiua,ſeu meditatiua in rio,ut cænaturio, præter eſuriui & parturiui.*

3 *Paßiua quorum actiua ſupinis carent,ut metuor,& reliqua in or,quæ carēt ſupino,ut neſcor,medeor,reminiſcor.*

4 *Item hæc duodecim Ambigo,Arceo,arco, furo, ferio, nideo,polleo quæſo,uergo,gliſco,& fatiſco, & fido &c.*

12 Carent ſupinis.

1 *In geo,ueo,neutra ſecundæ,cum actiuo timeo, ut urgeo exceptis,oleo,placeo,taceo, indulgeo, & lugeo, nam alia ſi quæ habent,rarioris ſunt uſus,ut diximus.*

2 *Composita a nuo, gruo, & cado. Præter occassum, & recassum, atque luo, cluo, metuo respuc.*

3 *Item hæc 18. lambo, scabo, mico, parco, disco, posco, cōpesco, dipesco, strido, uel strideo, cudo, et ango, dego, lingo satago, sago, psallo refello, uolo, malo, nolo, tremo, caluo, et simplex linquo. Nam composita, lictum, habuere, ut rectū, & si qua sunt alia.*

4 *Quæ carēt supinis, ferê semper carebūt ijs quoq; quæ ex supini formātur. s. participio præteriti, & futuri, in rus & præteritis paßiuis etc. ut metuor, et timeor carent præteritis paßiuis ob idipsum.*

13 Hęc in ijs tantum personis & temporibus reperiuntur.

1 *Præterita hæc, memini, cœpi, noui, odi, cum ijs tantum reperiuntur temporibus, quæ ex ipsis formantur. s. ram, rim, ro, ssem, sse, memini etiam in imperatiui futuro, memēto, pluraliter mementote, Et sub eadem uoce retinent præsentis, & præteriti significationem, sicut & pepigi.*

2 *Aio, ais, ait, plur. aiunt, præt. imper. aiebam, bas, bat, plural. bamus, batis, bant, participiū aiens, cæteris caret, licet olim nō defuerit, qui dixerit, aisti, sed non erit imitandum.*

3 *Inquio, uel inquam, inquis, inquit, plur. inquiunt, præt. imperf. inquiebam, bas &c. ut aiebam. Item inquisti, in secunda persona præteriti, & inquiat tertia futuri, aliqui addunt inquies, inquiet, & inquiens.*

4 *Faxo, xis, xit, faximus, xitis, faxint, futurum indicatiui, & faxim, is, it, &c. futurū optatiui, & præsens subiūctiui.*

5 *Forem res, ret, pro essem, esses, esset &c. & sic composita afforem, conforem, deforem, & futurum infinitiui fore.*

6 *Infit sola uox est, & significat dicit, uel dixit.*

I 2

7 Dic, duc; fac, fer, imperatiui præsens per syncopen, à dico, duco, facio fero.

8 Item cedo.i.dic, & cedite.i.dicite; sis.i.si uis, unde agesis, uide sis, caue sis; sultis.i si uultis; sodes.i.si audes, apage.i.ab hinc remoue, & apagete.i.ab hinc remouete; apage sis.i.apage si uis. Euge imperatiui prima uox, quæ oĩa in aduerbij naturam transisse uidentur, aut interiectionum.

14 Obsoleta omnino quibus iam non utendum.

1 Primæ coniugationis frigero, as.i facio frigidum, unde extant composita refrigero etc. cuso, as, unde manent composita accuso, &c. paupero as.i. pauperem facio; furio, as per primam.i ad insaniam redigo, penè obsoleuit; sic restauro, pro quo utimur instauro.

2 Secundæ coniugationis uaneo es, idest uanus sum, à quo extat euaneo; pleo, es simplex, unde extant composita repleo &c. leo es.i.lino, unde extat præteritum leui; uieo es, uieui uietum.i.ligo, & inflecto; rugeo es, pro rugio is, et ab utroq; præteritum et supinum, obsoletum, xi, ctum.i. ructum emitto, à quo remanet frequentatiuum ructo & eructo; sugeo es, & exugeo secundæ; pro sugo is, & exugo is tertiæ; suoe sueui suetum, & consueo, pro suesco, et consuesco; item queo, & requieo pro quiesco, & requiesco; quæ in præterito manent quieui &c. alliceo, pelliceo pro usitatis, allicio; pollicio, olo, is, tertiæ ueteres dicebant, pro oleo es secundæ. item lectum est aliquando; sorbo is; pro sorbeo, & lectum quoque fulgo is, pro fulgeo es. ueteres olim dicebant per e geminantia hæc, memordi, spepondi, tetondi, pro momordi, spopondi, totondi, composita etiam apud ueteres geminabant, ut detotondi, admemordi, item à mordeo apud ueteres etiam reperitur, morsi, & præmorsi

sum. á curro olim cecucurri pro cucurri: & composita olim, ut diximus, geminabant, ut decucurri, excucurri &c. nunc solum præcucurri.

3 *Tertiæ coniugationis præterita, & supina obsoleta á glisco, is, olim glisci, gliscitum, atque etiam gliscor eris, nunc caret, ut meditatiua in sco, meditatiui siquidem habet formam. Hæc olim geminabant á scindo scicidi; ascendi ascendidi, descendi, à prendo prendidi, á mando mandaui, & mandidi. pro mandi.*

A calesco præterea olim calesci, á posco poscitum, & peposci per e pro poposci. à paro parcitum; atque ideo diximus ista carere supinis. á nosco noscitum pro notum, ab agnosco agnotum pro agnitum. ab ungo, olim ungui; pro unxi. á sugo supinum suctum, et sugitum, á linquo linctum ab ango anxum. ab ambigo olim ambegi, & ambactum. à molo aliqui uolunt multum fieri posse. à pono posiui, pro posui. cano canui canitum olim, & occano occanui. item composita olim habuere accini, concini, occini, nunc uero occinui &c. á sino sini, per n; pro siui, item simplex sero olim habuit serui sertum, quæ hodie potius composita retinent. à pecto nunc pexui, olim etiam pectus pectitum, sic plecto, plexui, ab arguo supinum olim uidetur arguitum, nam dicitur arguiturus. á fluo olim fluctum, unde extat nomen fluctus, & à luo luitum, unde luiturus.

Item uerba hæc, composita quædam ab edo, uel planè obsoleta, uel rarißimi certè usus. ade do. i. rodo & deuoro: ambedo i. circumrodo, peredo. i. totum edo, semedo. i. dimidium edo, obedo. i. circumedo, á quibus extant obesus; peræsus, ac semesus. item plodo is, pro plaudo, unde extat explodo; & complodo, simplex stingo, & stinguo, uidentur obsoleuisse, & composita solum extare, extingo, restringo,

geno pro gigno, unde mansit genui genitum, tango sine n, uidelicet tago, unde præteritum tetigi, uidetur deriuatum, sic pago is sine n, antiquum, pro pango, à quo extat pepigi, cello is, cellui, celsum sine dipthongo.i. cædo, cessi. cello is, cum æ, diphthongo, i. cædo, uel frango, à quo hodie extat tantum percello, perculli, culsum, nam alterum recello.i. reclino, uel reclinor, & humilis fio, obsoleuit.

3 Oleo is, pro oleo es, sorbeo, is, pro sorbeo es, fulgo is, pro fulgeo, es, caueo is, pro caueo es, lauo is, pro lauo as, sedo is, pro sedeo es: cuius manent composita, asido, insido &c. quæ in præt. faciunt, ut composita á sedeo sedi, sessum, conniuo is, pro conniueo es, odio a quo extat præteritum odi, cæpio obsoletum á quo extat præteritum cœpi, & cœptum furo in prima persona, nam in alijs est in usu; caretq; præterito, & supino, à quo extat furens, lacio, is.i. in fraudem duco, specio is, spexi, ctum.i. uideo, à quibus extant composita, alicio, aspicio &c. electo frequentatiuum ab elicio, conquinisco cum suo præterito conquexi.

Delibuo is, a quo extat delibutus, simplex nuo is, unde extant nutus nomen, & nuto, as, frequentatiuum.i. uacillo, et cōposita, ab nuo etc. cluo, is.i. pugno, batuo is.i. uerbero.

4 Quarta, 1 ferio feriui, tum, & participium, feritus, & feriturus inter inusitata reponenda, sed pro eis utimur, a percutio: percusi, percussum. aperio olim fecit aperiui, nunc aperui apertum, ut dictum est, pro singultio is, reperitur etiam singulto, as, primæ.

5 Verborum in or, a fatiscor obsoleto, uel certe rarissimi usus extat fessus, quod etiam fatisco, actiua uoce, & compositum defetiscor obsoletum quoque, a quo extat defessus, aliqui fessus, & defessus potius esse uolunt nomina, itē fruiscor, pro fruor, a tueor infinitiuus tui, obsoleuit, sed manet

in compositis, intui, contui, &c. quamuis & hi rari sint apud authores, gliscor sceris, ueteres olim pro glisco, item facior, & calefacior olim dixere, pro fio, & calefio, et alia plura, quæ usus docebit, & quotidiana authorum lectio.

SCHOLIVM.

Alter modus tradendi regulas, de præteritis, & supinis.

Est & alter modus, quo de præteritis seorsum possent præcepta tradi, & seorsim de supinis; ac tunc ex præteritis supina sic essent quatuor istis regulis formanda.

1 *Bi, bitum; & ci, gi, qui, xi, in ctum.*

2 *Di, ri, li, si, ti, in sum.*

3 *Mi pi, psi, ptum.*

4 *Vi, tum: & uis syllabæ diuisæ, itum; paucis exceptis, quæ ex positis exceptionibus possent colligi.*

Sed tamen longe utilior: & breuior: & puerorum captiui; atque ad praxim accommodatior, alter est præscriptus modus: quem elegimus: Quo simul præterita; & supina uno eodemque præcepto coniunguntur.

SCHOLIVM EXEMPLORVM.

VISVM *fuit ex re forе tum scholasticorum: tum magistrorum: si quemadmodũ in tractatione de Generib. fecimus: cõgregaremus exẽplorũ syluã quæ abũde inseruire poßint quotidianæ exercitationi: & usui; igitur p singulas cõiugationes, et regulas: aliqua ꝓponam.*

Primæ coniugationis exempla.

Primæ coniugationis uerba mutant as in aui: in amo: deamo: redamo: ambulo: deambulo: perambulo &c. dealbo: denigro: &c. libo: delibo: prælibo: fluctuo: in-

molo, instauro, orbo, uacillo, paro, præparo comparo; fugo titubo, obturo, habito, inhabito, nigro, liquo; tracto, retracto attrecto, contrecto; detrecto obtrecto, sciscito, lacto, oro, exoro, rogo. rogito, pulso, propulso, beo, creo, recreo, screo meo, permeo, calceo, nucleo, nauseo & illaqueo &c.

Secundæ coniugationis exempla.

Secundæ coniugationis, quæ semper desinit in eo, et nulla alia (præter illa prima, dicta; & tria quartæ, ueneo, eo, & queo, cum compositis) mutant es, in ui & itum, ut moneo, admoneo, præmoneo, habeo, adhibeo, redhibeo, perhibeo, inhibeo, prohibeo, præbeo: debeo, coerceo: exerceo, terreo, deterreo, exterreo, perterreo, noceo, placeo, complaceo, perplaceo, displiceo, taceo, conticeo reticeo, obticeo, & alia neutra. Item sine supinis neutra, *ut splendeo, madeo, studeo, strideo, sordeo candeo, frendeo, frondeo, egeo, & indigeo, uigeo, langueo calleo, occalleo, palleo, coaleo, sileo rubeo, albeo, tabeo, & contabeo.* Iaceo, *marceo, fameo, tumeo stupeo; areo, floreo, horreo, scateo, niteo, pertineo, & timeo, cum alijs.*

In geo, si sum, *tergeo; detergeo, abstergeo, extergeo, & per tertiam quoque tergo, detergo, & abstergo, mulgeo mulsi, quod etiam mulxi mulctum, et emulgeo indulgeo indulsum quod etiam indultum, et sine supinis et alia neutra, fulgeo, refulgeo affulgeo effulgeo turgeo algeo &c.*

In ueo, ui, tum; moueo admoueo amoueo dimoueo commoueo permoueo remoueo submoueo foueo confoueo resoueo uoueo deuoueo. Itē sine supinis paueo cū reliquis neutris: flaueo liueo ferueo ferui: uel ferbeo bui, cōniueo &c.

Tertiæ coniugationis exempla.

Tertiæ coniugationis mutant is in i, & tum, in hunc modum, decem his regulis ordine alphabetico.

Præcedente conſonante literam o;Bo, bi; bitum, ut bibo, præbibo, ebibo, inbibo. Deglubo, *item lambo, & ſcabo ſine ſupinis.*

In co;xi,ctum,ut dico, addico, condico, edico, indico, prædico, interdico, duco, adduco, conduco, deduco, & diduco, educo induco, perduco, reduco, traduco; ſubduco, ſeduco.

In do,di,ſum,edo;exedo, comedo quod etiã comeſtum, mando, permando, præmando, ſcando, aſcendo, deſcendo, conſcendo, defendo, offendo, accendo, incendo, ſuccendo, recedo, occido, & occido, præcido, circumcido, perpendo, rependo, ſuſpendo, appendo, expendo.

In go,xi ctum, rego, erigo, dirigo, porrigo, affligo, confligo, infligo, ungo, inungo; perungo, tingo, intingo, plango iungo, coniungo, diſiungo, ſciungo, expungo, compungo, diſpungo, mungo, emungo cingo, accingo, diſcingo, ſuccingo, præcingo. Et *hæc quæ amittunt n, in ſupino, fingo, affingo, confingo, meio, & olim mingo, pingo, ſtringo, conſtringo, reſtringo, perſtringo, obſtringo, diſtringo, &c.*

In guo,xi,ctum, ſtinguo, reſtinguo extinguo, diſtinguo atque ſtingo, is, ſine u, cum cæteris ſimilibus compoſitis.

At rgo, rſi, rſum, ut ſpargo, aſpergo, reſpergo, diſpergo mergo, immergo, demergo, ſummergo, emergo, tergo, abſtergo, detergo, quæ ẽt ꝑ ſecundã tergeo, et abſtergeo, etc.

In ho;xi,ctum traho, attraho, detraho, diſtraho, contraho, extraho, retraho, pertraho, ſubtraho, ueho, eueho, proueho, inueho.

In lo, lui, ltum, ut, conſulo, occulo alo, quod etiam alitum, & colo, cultum, mutans, o; in u; cum compoſitis. excello, & incolo. &c.

In llo, lli, lſum, ut excello, præcello; antecello, præexcello.

In mo, mui, ut mitum: ut uomo, euomo, reuomo, prouo-

mo, fremo, infremo, gemo, ingemo, item tremo, contremo sine supinis.

In no, ui, tum, ut sino, desino, lino, quod etiam leui, & lini oblino, illino.

In po, psi, ptum, ut sculpo, insculpo, repo, adrepo, uel arrepo, irrepo, obrepo, prorepo, carpo, excerpo, decerpo, scalpo.

In quo xi, ctum, ul. doquo, excoquo, decoquo, conquoquo, percoquo, incoquo, recoquo.

In ro; rui; rtum: ut assero: dissero: desero. exero. item consero: & icsero in alia significatione quam rei rusticæ.

In ro: rri: rsum: ut accurro: concurro: decurro: excurro: incurro: procurro: præcurro: occurro succurro: uerro: quod etiam uersi euerro.

In sco: ui: tum: ut nosco dignosco: ignosco: cresco: excresco: decresco: concresco: incresco: succresco: quiesco: conquiesco: acquiesco: suesco: assuesco: consuesco: desuesco: insuesco: conscisco: rescisco: descisco. Augmentatiua uerò in sco carent supinis: & a primittiuis mutuantur solum præterita: ut dictum est; ut calesco calui; frigesco frigui: exalbesco: exalbui; feruesco. ferbui: & pleraque alia.

In so: siui: situm: ut arcesso: accerso.

In to: ti: sum: ut uerto: auerto: & aduerto: conuerto: euerto: diuerto: inuerto: reuerto: peruerto: anteuerto: subuerto: obuerto.

In cto: uel xo: xi: xum: ut flecto: inflecto: deflecto: reflecto circumflecto: plecto: & pecto: necto: uel nexo: innecto: innecto; connecto circumnecto: subnecto.

In xo: texo: intexo: contexo: retexo: attexo: nexo, innexo connexo.

Præcedente uocale i ante o in acio: eci: ectum: et icio: eci

ectum:ut facio:satisfacio:magnifacio:afficio:reficio:conficio deficio:inficio:perficio.sufficio:iacio:adijcio:obijcio: deijcio: eijcio:inijcio:conijcio:obijcio:reijcio:subijcio. Et finita in li-cio: & spicio:exi:ectum, ut allicio:illicio:elicio:pellicio:aspicio:inspicio:inspicio:conspicio:despicio:prospicio:cicumspicio:suspicio.

In dio:di sum:ut fodio:perfodio:effodio: confodio &c.

In tio:ßi:sum:ut quatio:concutio:excutio: discutio:decutio:succutio:percutio.

In pio:pi:ptum:ut capio:accipio:excipio:decipio:præcipio:recipio:& ab antiquo coepio:coepi:coeptum:incipio.

In uo:ui:ueum:ut soluo:aduoluo:euoluo: conuoluo:inuoluo, deuoluo:peruoluo:circumuoluo:soluo:absoluo exoluo:dissoluo:resoluo:persoluo.

In uo:diuisæ syllabæ:ui utum:arguo : coarguo : redarguo:statuo:instituo:destituo:constituo:restituo:&c.imbuo: polluo:abluo:diluo:eluo:colluo,proluo, perluo: compluo: impluo:eruo:diruo:corruo:innuo:obruo:subruo:suo: assuo: dissuo:consuo:induo:tribuo:acuo:exacuo, spuo : conspuo: & sine supinis:annuo:abnuo:innuo:renuo &c.

Quartæ coniugationis exempla.

Quartæ coniugationis mutant is in iui:& itum:ut audio:exaudio:obaudio.Cio concio sencio scio nescio:obedio impedio:compedio præpedio fastidio mollio emollio demollio dormio obdormio linio illinio dellinio munio communio grunnio polio expollio perpolio.sopio consopio sarrio garrio mugio ambio bullio ebullio balbutio inio & binio: seuio deseuio,sitio.Eo exeo redeo prodeo ineo abeo obeo subeo pereo:circumeo transeo pertransco prætereo queo nequeo &c.

Verborum in or,exempla.

Verba in or,deponentia,& communia mutant aris in atum,eris & iris in itum, & ex supino rursus participium formant præteriti ut dictum est. Igitur mutant,aris in atum *omnia primæ coniugationis,ut auxilior,abominor: adulor, arbitror,Letor,osculor:deosculor.insidior,allucinor,concionor: digladior machinor,testor,detestor,exector,protestor obtestor,uerecondor,suffragor,refragor,rimor,rixor, argumentor ratiocinor,piscor,expiscor,obsonor, iurgor,minor,modulor,furor: adminiculor,auersor,aduersor,opinor memoror,imaginor, recordor, præstolor, imitor, & cum alijs pluribus primæ coniugationis.*

2 Eris,*in itum,ut uereor,reuereor,mercor, comereor, polliceor:& aliqua alia,secundæ,uel tertiæ coniugationis.*

3 Q*uartæ coniugationis,iris,in itum,ut potior, molior, demolior.*

A*molior,mentior,partior,impertior,bipertior,tripertior;&c.sortior,largior,elargior;&c. cum alijs nonnullis quartæ coniugationis.*

Compositorum exempla.

Compositum sicut simplex. exempla satis ex dictis constant;& plura poterant obseruari in ipsis quoque compositis uerborum exceptorum.

Et *si quæ mutatio simplicis in compositione fiat;ea quoque utrobique manet;ut statuo;constituo;restituo;&c. salto insulto;exulto;&c. erigo,dirigo;porrigo;&c.cædo;occido; circumcido, &c. habeo;prohibeo. &c.*

Quæro inquiro item claudo occludo;includo,recludo; &c Quatio,concutio;excutio;&c.scando: ascendo; descendo;&c. mando,commendo;emendo;&c.accendo,incendo;&c.Damno,condemno &c. lædo,allido;illido;collido

&c. tracto: obtrecto: detrecto &c. atque ita in reliquis, exceptis illis: quæ mutant à; in i, cum quibuſdam alijs ſupra exceptis. Aliorum irregularium exempla ſunt poſita; ibi quiſque facile poterit reperire.

Laus Deo, & Domino noſtro Ieſu chriſto, & Virginis sacratiſ. Mariæ matri eius Glorioſiſsimæ. Amen.

DE ORTHOGRAPHIA .i. RECTA SCRIBENDI RATIONE.

SCHOLIVM.

ORthographiæ præcepta hæc non ſunt ſcripta; ut memoriæ ad uerbum mandentur; ſed ut ſemel; uel obiter tantum audita; in ſcribendo; & pronunciando ſemper obſeruentur; curabit ergo puer ut hæc omnia inter ſcribendum obſeruet.

1 *Literarum; ut decet; ſit forma uenuſta; ſyllabae eiuſdem dictionis coniunctae; dictiones uero ipſae; inter ſe ſeparatae, & quarum nulla deſit; aut redundet; aut tranſmutetur litera; magna etiam cura ei adhibenda in ſcribendis diphthongis; et ubi ſint binae conſonātes collocandae, atq; hae praeterea in oratione diſtinctiones erunt adhibendae.*

Orationis diſtinctio.

1 *Punctus in fine Periodi collocatur; cum. ſ. totus ſenſus abſoluitur; eſtque ſilentij; ſeu morulae nota; ac reſpirandi locus. Latinè plena diſtinctio dici poteſt; Graecè periodus ſicut & totus uerborum ambitus.*

2 Duo puncta toties circa medium periodi, ad latus dictionis collocari poterunt; quoties sensus aliquis, sed imperfectus finitur, aut bina aliqua periodi pars, media hæc est distinctio; Græcè colon dicitur :

3 Virgula ex inferiori parte uersus litteras inflexa, in membris aliis munitioribus apponitur, atque hec sub distinctio uocatur; Grecè cōma, estq; paruule signū morule.

4 Virgula hæc eadem, cum superiori puncto coli à quibusdam recensioribus poni consueuit; quando distinctio uidetur esse maior, quàm ut sola uirgula, & minor, quàm ut duobus punctis designetur. ;

5 Nota interrogationis fit puncto, & linea circumflexa sursumierecta, in fine interrogationis posita ut quis ?

6 Nota admirationis, seu exclamationis simili modo puncto uidelicet, sed linea recta sursum ducta, aut parum inclinata, uersus alterum latus, ut, Proh Deum ? ò mores ?

7 Parenthesis duobus semicirculis concluditur, se mutuò respicientibus, (quando uidelicet, sensus in media periodo aliqui diuersus, aut dictio aliò spectans interponitur) uel duabus quoque uirgulis concludi potest Parenthesis.

8 Apostrophus est quedam circuli pars in summo litteræ apposita, qua ostenditur, ultimam uocalē dictionis deesse, ut tanton'me crimine ? pro tantone.

9 Accentus præterea in quibusdam dictionibus ad aliarum differentiam, supra syllabam designari, cōsueuit. Acutus per uirgulam rectam, ad dextram paululum inclinantem, ut uirtus. Grauis ad sinistrā, ut sanè, Circunflexus per circumflexam ex utriusque constantem superpositam, ut C hic, uel hic.

Item hæc circa totã scripturam obseruanda.

1 *Titulorum, & insciptionum litteras, decet omnes esse maiusculas, & in præcipuis adhuc titulis maiores; sicut & prima totius tractationis littera, esse debebit corpulentior, omniumq; maxima.*

2 *Primæ quoque singularum periodorum litteræ, & propriorum nominum, erunt maiusculæ.*

3 *Solent etiam propria nomina, uel prænomina primis solis maiusculis litteris designari. Vt A, Aulus. C. Caius. D. Decius. M. Marcus. P. C. Patres conscripti. S. P. Q. R. Senatus, Populusq; Romanus.*

4 *Cum dictioni pars in fine uersus, & pars altera initio alterius scribitur, tunc laterales bine lineolæ ibidem in fine uersus collocantur ut* - *Contrâ, cuncitantur alicuius authoris uerba: ad latium singulorum uersuum, uirgulæ binæ ad marginem adscribuntur sic* ,,.

5 *Margines quoque in singulis paginis moderatè, suprà, & infrâ, & ex utroque latere relinquendæ. Et tandem (ut Christianum decet) in summa pàgina præfigenda crux,* ✠ *uel dulcissimum pariter nomen IESV, atq; etiam, si placet; simul Mariæ, & in fine demum, Laus Deo: ut in Dei nomine, & auspiceris & absoluas omnia.*

De recta, & emendata pronuntiatione.

1 *In primis a preceptoribus curandum est, ut tenera, ac balbutientium puerorum ora, linguæq; sic formentur: ut clarè, & distinctè: ac articulatè, & proprio accentu ac aspiratione; singulas uoces efferant: & proprio sono unamquãq; littteram reddant non putidius proferant uel negligentius uel obscurius uel alterius littere sono nè uè aliquam commutent litteram aut omittant.*

2 Item ne ructu, balbutie; iteratione syllabae; seu titubatione; risu; singultu; screatu; tussi, sermonis cursum turpiter & indecenter interrumpant.

3 Maximè uero unicuiusque rationis peculiaria in pronuntiando uitia cauenda erunt; qualia sunt. P. ommittere; uel g. uel h. ut. Otimus pro Optimus manificus pro magnificus; omo pro homo, sed. H, initio dictionis lenius, in medio asperius pronuntianda est.

Item B pro V consonante commutare, uel contra; ut botum pro uotum, uoues pro Boues, sic. f. pro u. ut folo pro uolo; & o pro, u; uocali ut uobiscom pro uobiscum.

Item c in s uel z commutare & contra; ut Sicero pro Cicero zupplerum pro supplerum.

D pro t in fine dictionis; ut fecid pro fecit n; pro m; ut templun pro templum.

Simplex; r. uel, l pro duplici uel contra. Vt Orremus pro Oremus eror pro error ellucet pro elucet, falit pro fallit.

Et his similia pleraque quibus uariae natione laborare consueuerunt. In his itaque omnibus Magister quotidiano semper sermone perfectae pronunciationis rationem, & exemplar exhibebit.

Iam in fine periodi parua fiet silentij morula, ubi etiam est respirandi locus: in medijs distinctionibus paulo minor fiet morula, et in minimis intermedijs minima, atque ita respirationibus ac morulis conuenientibus moderatè uti docebit pro ratiõe distinctionis, uel sensus. Ac uocis similiter eleuatione aut depreßione intentione remißione lentitudine concitatione aut celeritate; & similibus pro ratione sententiae.

SCHOLIA.

Visum est, ex re fore studiosorum: si numerorum his

notas

notas duplices, antiquiores, & recentiores, nonnullarumq́; monetarum, & ponderum breuiter recenseremus, cum in horum lectione frequenter occurrant, & plerunque a discipulis ignorentur.

Notæ duplices numerorum.

Antiquiores.	Recentiores.	
I	Vnum	1
II	Duo	2
III	Tria	3
IIII	Quatuor	4
V	Quinque	5
VI	Sex	6
VII.	Septem	7
VIII	Octo	8
VIIII uel IX.	Nouem	9
X	Decem	10
XI	Vndecim	11
XII	Duodecim	12
XIII &c.	Tredecim &c.	13. &c.
XX	Viginti	20
XXX	Triginta	30
XXXX uel XL	Quadraginta	40
L	Quinquaginta	50
LX	Sexaginta	60
LXX	Septuaginta	70
LXXX	Octoginta	80
LXXXX ut XC.	Nonaginta	90
C	Centum	100
CC	Ducenta	200
CCC	Trecenta	300

CCCC	*Quadrigenta*	400
D	*Quingenta*	500
M	*Mille*	1000

Item antiquæ hæ olim notæ, ulterius progredientes.

C *Centum*

Ɔ *Quingenta*

CIƆ *Mille*

IƆƆ *Quinque millia*

CCIƆƆ *Decem millia uel* C.C.I.Ɔ.Ɔ.

IƆƆƆ *Quinquaginta millia*

CCCIƆƆƆ *Centum millia.*

IƆƆƆƆ *Quingenta millia*

CCCCIƆƆƆƆ *Decies centena millia, seu quod idem est mille millia, & hæc licet quantumuis multiplicare.*

Item quolibet horum numerorum antiquorum, super posita linea tot significabit millenarios, quot antea unitates, hoc modo.

I̅ *Mille*	V̅ *Quinque millia*
X̅ *Decem millia*	L̅ *Quinquaginta millia.*
C̅ *Centum millia*	D̅ *Quingenta millia*
M̅ *Mille millia, &c.*	

SCHOLIVM.

Omnes antiquæ notæ numerorum, si quis subtilius consideret, per quinaria singula uariant characteres, uidelicet unum, I, quinque V, decem X, quinquaginta L, centum C, quingenta D, mille, M, etc. ex quibus omnes intermedij numeri, & notæ coalescunt. Videntur autē oēs hæ notæ ortæ a prima nota, quæ est linea re-

eta semel uel sæpius repetitæ. Nã, V, ex prima fit linea recta bis repetita, & in angulum inferiorem conclusa. Decẽ X, uero ex duplici V inferiori, & superiori ad angulum se contingente. Quinquaginta, L, ex prima linea erecta, & altera prostrata se ad angulum rectum contigentibus. Iam centum antiquitus non C, sed tribus rectis lineis uidelicet, erecta linea, & prostrata, & altera superius posita fit, tribus uidelicet quadranguli lateribus, sic ⊏ .unde C facta uidetur, idest centum, Quingenta adito quarto latere seu linea, sic ⊐ unde, & , D postea prodijt, siue mauis ex altera antiqua nota prius posita. IC, item mille sub dupli catafigura, sic ⊐ ▢ unde postea librariorũ arbitrio uariæ notæ que mille significarent, facte sunt, .s. ∞ uel 8. & ω mega & CI⊃, & CIↃ. unde M deriuatum, quo pro mille nunc utimur, sic etiam decem millia olim, CMↃ. uel IMI.itẽ Centum millia. C M, uel ⅄ Quingenta millia D. M, item mille millia [illegible] uel ↃMↃ. sed de his hactenus.

Quorumdam ponderum, & monetarum notę in authorum etiã lectione frequentes.

As seu libra, quæ, & pondo dicitur. ⊏ Assis partes

As		XII
Deunx		XI
Dextans, uel decunx		X
Dodrans		IX
Bes		VIII
Septunx		VII
Semis uel semissis	continent uncias	VI
Quincunx		V
Triens,		II

Quadrans		III
Sextans		II
Vncia		I

Senis, seu semissis uota est S.

Vncia [symbol] *uel*

Drachma [symbol]

Scrupulus. [symbol]

Obolus. [symbol]

Denarius. [symbol] *, ut stella nonnunquam ualde di simili. Nota a drachma, quód esset drachmalis ponderis.*

Sestertius masculino genere, quis, & numus dicitur, & coniunctim.

Sestertius nummus.

Sertertium neutro genere. *alii etiam hanc esse uolunt notam Sestertij masculini.*

Talentum ualebat nostræ monetæ aureos ducatos sexcento plus minus. Talentum inquam Atticum minus. Talentum inquam Atticum minus, quód absolute, Talentum dicitur, nam Atticum maius erat octigentorum ducatorũ, plus minus.

1 *As, seu libra, est pondus duodecim unciarum, & moneta quoque ærea eiusdem ualoris, solet etiam dici tum As, tum Assis partes, & in usura, & in alijs.*

2 *Niua uero est libra græca, duodecim unciarum cum dimidia, hoc est centum drachmarum. accipitur quoque in re numaria pro ualore octo ducatorum plus minus, idest centum Iuliorum.*

3 *Semis est media libræ pars, pondus sex unciarum, uncia est duodecima par libræ. Reliquæ partes assis expositis numeris cognoscuntur. Triens uerò.i. tertia assis pars.*

4 *Assis pars, & quadrans, id est quarta assis pars monetæ quoque erant olim.*

5 *Drachma, octaua pars est Vnciæ, erat & moneta Aurea drachmalis, & didrachmalis quoque aureus, & argenteus dictus, didrachma, ponderis duarum drachmarum, nostræ monetæ duorum, iuliorum ualoris,*

6 *Scrupulus uigesima quarta unciæ, erat & moneta aurea illius ponderis, aureus scrupulus.*

7 *Obolus quadragesima octaua pars unciæ erat, & moneta ex minoribus, sexta pars denarij, seu drachmæ argenteæ. Teruncius moneta erat ex minimis uigesiminia quarta pars oboli, plus minus.*

9 *Denarius est argentea moneta, ponderis drachmæ unius, ualoris, & ponderis eiusdem, cum hispano regale argenteo, uel Iulio Pontificio. Denarius dictus, quia decem æris libras ualeret, quasi decem æris, sicut, & quinarius olim, quod quinque æris ualeret.*

9 *Sestertius masculino genere est moneta argentea, quarta pars denarij, ut quatuor sestertij unum æquarent denarium, sed Iulium.*

10 *Sestertium, neutro genere, ualebat mille sestertios masculini generis, nostra moneta essent ducenti quinquaginta Iulij, tot inquam drachmales argentei.*

11 *Talentum atticum minus, continebat, sexaginta minas argenti, ualorem uidelicet sexmillium drachmarum argentearum, seu Iuliorum, siue sexcentorum ducatorum, quod idem est, plus minus.*

12 *Talentum atticum maius continebat octoginta minas argenti, ualoris scilicet octo millium Iulliorum, seu drachmarum argentearum, hoc est octingentorum ducatorum, ut dictum est.*

13 *Talentum Hebraicum minus erat duplex ad aticum minus, & Hebraicum maius quadruplex ad ipsum Atticum minus erant, & aliæ talenti species, & monetarum, & ponderum, quæ non est præsentis loci referre.*

14 *Est autē aduertēdum, quoties talentum absolutæ in authoribus legitur intelligi atticum minus, alia uero talenta semper cum adiunctione apponi, atque hæc ut pueris non ita necessaria, sic praeceptoribus, & doctioribus utilia, sed de his hactenus.*

Laus Deo, & Domino nostro Iesu Christo, & Virginis sacratissimæ Mariæ matri eius Gloriosissimæ Amen.

DE PROSODIA SEV ARTE METRICA.

De ordine, modo, & vtilitate istius tractationis de arte Metricà.

SCHOLIVM.



E soluta oratione dictũ hactenus ẽ. de ea, quæ numeris ẽ astricta, dicẽdũ. nec igitur, quã carmẽ dicimus, cõstat ex pedi. i. mẽsuris quibusdã numerosis, pedes uero ex syllabis certæ quantitatis longis. s. aut breuibus. Syllabæ autẽ ex litteris: quæ istius sint quãtitatis causa, cur uidelicet sint breues, uel lõgæ syllabæ. Ergo primo de literis utpote simplicissimis, Deinde de syllabis, et earũ quãtitate. Tertio de pedibus. Quarto de carminibus, Ac quĩto tandẽ poëmatibus, quæ ex ijs fiũt Christo duce, et auspice agẽdũ. Exceptiones uero minus frequẽtes subscholijs collocauimus, & eas quæ usu potius quotidiano ob earum prolixitatem sunt adiscendæ, nẽ initio, earum multitudine obruantur Tyronum ingenia, sed facti postea peritiores ibidem possint inspicere.

2 Vtilitas aũt istius tractationis nostræ, de artemetricã hæc est (ut in alijs partib⁹ Gramaticæ dixim⁹) breuitas perspicuitas, et ordo. Quæ sané nõ sunt parua aut cõtemnẽda si præstẽtur. Deĩde hoc utililatis attulisse putamus ut decẽ uel quĩdecim diebus aggredi possint discipuli ad carmina componenda, quod etiam non est leue, præterea in regulis quantitatis de primis, et medijs, et ultimis syllabis dictiones quasdam latinæ significantes, pro alijs, non significantibus, & minus aptis quæ circumferri consueuerat,

apposuimus, ut facile quis regularum oīum posset recordari. Crementi ēt regulas, tam nominis, quam uerbi, & inflexionis, quibus omnium casuum, personarum, et temporum quantitas agnoscitur, aptè, & breuiter (ni fallimur) descripsimus. Addimus præterea, post genera, & formas carminum, aliqua ad ipsorum carminum elegantiam, quæ nō parum putamus utilitatis allatura, in exemplis quoque honestatis, & pietatis rationem habuimus.

3 *Post breuem præterea plenior de Arte metrica tractatio succedit; cuius multiplex utilitas, quales illæ erant Syntaxis plenioris, tum pro magistris, tum pro discipulis factis iam peritioribus, tum etiam ut omnibus sit satisfactum & ijs qui longiorum desiderant tractationem. Potius autē prosa oratione, quàm carmine conscribenda uisa, quód hic potius iuditium, quàm memoria nuda præceptorum exercenda sit; sed de ordine, modo, & utilitate huius tractationis de Arte metrica dicta sufficiant. Iā ad rē accedamus*

DE LITTERIS.

1 *Literæ prima sunt elementa. Ex quibus mutæ sunt nouem, b, c, d, f, g, K, p, q*

2 *Liquidæ quatuor, l, m, n, r,*

3 *Duplices duæ. z, x, & præterea I consonans inter duas uocales, ut maior.*

De Syllabis.

1 *Sillabæ fiunt ex literis. Quod si ex duabus fiat uocalibus, dicitur Dipthongus, sunt autem Dipthongi sex, æ, œ, ei, au, eu, & una græca, yi.*

2 *Syllabæ accidunt inter alia duo potissima, Accentus, & quantitas.*

De Syllabarum Accentu,

Nulla dictio latina habet accentum in ultima, præter monosyllaba, sed uel in penultima, si sit lõga, ut beatitudo, uel si breuis, erit in ante penultima, ut felicitas.

De syllabarum, Quantitate.

1 *Syllabæ quædam sunt longæ, quædam breues, quædam indifferentes.*

2 *Breuis syllaba est, in qua proferenda unum tẽpus absumitur ut pătĕr, dōlŏr.*

3 *Longa, in qua duo tempora perinde ac si conduplicata uocali scriberetur, ut māter fāma, ac si diceretur, maater, faama.*

4 *Indiferens est, quæ modo breuis, modo lõga profertur, ut uolŭcris, uolūcris.*

SCHOLIVM

Longæ desĩgãtur uirgula oblonga, super inscripta, - breues linea curua, inferiori parte semicirculi ˘.

Regulæ generales, 13. de sillabarum qu antitate.

Regula prima, Vocalis ante duas cõsonantes.

Vocalis ante duas consonantes, uel unam duplicem, est longa, ut sanctus, āxis, oriza. Sed si uocalis sit natura breuis, & sequatur in eadẽ dictione muta cum liquida, in carmine fit indifferens, ut ten ̆ bræ, ten ē bræ

Regula 2. Vocalis ante vocalem.

Vocalis ante uocalem est breuis, ut gloria, præter uerbum fio, in quibus temporibus non habeatur, r

ut fiam, fiebam. Et genitiuus, ius, ut illius, licet carmine sit auceps, præter alterius semper breue. & alius semper longum. Et in genitiuo, & datiuo quintæ, 'e, inter duas uocales, ut diei. Et uocatiuus ei, & ai, ut Pompei, Cai. Cætera uero quæ solent, excipi, ut aer, platea, cum alijs græca sunt uel barbara,

Regula 3. dipthongus.

Dipthongi omnes sunt longæ, ut ætas, pœna, laudo, eurus, treis, Harpya sed æ, in compositione, sequente uocali, nonnunquam fit breuis, & præ, semper, ut præustis, in simplici uero dictione producitur, ut Mattæus.

SCHOLIVM.

TRes hæ primæ regulæ perpetuo obseruandæ sunt & si hæ adsint, aliæ cessant.

Regula 4. ex deriuatione.

Quarta est syllaba in primittiuo, tanta est in deriuatô & contra, si tamen maneat eadem consonans, & uocalis, & quanta in uno deriuato, tanta in aliero, ut ămābilis, ămāndus ab ămo, Dŏmĭnus d mĭnans, d mĭnor.

SCHOLIVM.

EXcipiuntur quædam, usu addiscenda, nempe hæc procucentia primam syllabam, fērālis, fēriæ fōmes, fomentum, hūmanus hūmor, hūmidus, iūnior, iūgerum, lex lēgis, & Rex rēgis, in obliquis, lāterna, mōbilis, pēdor, remūs, rēmex, rēgula, sēdes, tēgula, tōtus, uires uōmer, uōx, uōcis, in obliquis, quæ oīa a breuibus oriuntur. Corripiunt autem contra, hæc, primam syllabam, ăcerbus, ărena, arista, dicax, dux, dūcis; farina, ŭcerna, mămilla, ŏdium, sagax, sŏpor, stabulum

stābuli uādum, uir, uitium a longis orta, & alia nonnulla, ex utroque genere, quæ studiosi inter legendum obseruabunt. Quod si non maneat eadem uocalis, uel eadem cō sonans non sequentur sua primittiua, ut bīni, & dēni a dē cem, longa a breuibus &c.

Regula 5. ex compositione.

Quarta est syllaba in simplici, tanta est in compositio. & contra, etiam dipthongo, aut uocali mutata, ut lūdo, col lūdo, collūdo, lēdo, illīdo.

Exceptio.

Hæc primam simplicis longam corripiunt, agnitum, & cognitum á notum, deiero, peiērn, à iuro inf io à fio, innūbus, et pronūbus á nūbo, nihilum à ni, & hilum. Nomina in dicus, ut maledicus a dico.

Item e in priori parte compositionis est indifferens, nisi sit præpositio, ut liquefacio, & I, est breuis, ut pestifer & o, in græcis, ut Christophorus.

SCHOLIVM.

Excipiuntur pauca, quæ libuit scholium referre, ut inspicere liceat. Hæc. Hæc producunt I, in prima parte compositionis, biduum, triduum, bigæ, quadrigæ, matricida, meridies, tybicen; & comitium a simul itando, item cuique, cuilibet, unicuique plerique, utrique, ubique, ubiuis, ubilibet, ibidem, tantiuis, tantidem, quā tiuis, quanticunque, scilicet, ilicet, pridie, postridie, Ex græcis, Thophilus, leucopetra, geometra.

Præpositiones in compositione.

